Ad argumenta in oppositum. ¶ Ad primū dicit q̄ ista nō est cōditionalis p se p̄mo: hz solum p reductionē istarū cōiunctiuarū ad p̄positiones indicatiuas. rō est: q: cōditionalis denotat veritatē sui ꝙsequētis sequi ad veritatez sui antecedētis: hz antecedēs nō pōt esse verus vel falsus nec ꝙsequēs nisi sit oō indicatiua.
¶ Ad scām dr q̄ hz in illa nō ponat formalr hāc p̄iunctio si: ponit tñ virtualiter in hac p̄iūctione ergo: q̄ denotat habitudinē vnius p̄pōnis ad aliā sicut illa cōiunctio si. Et hz illa p̄positio ponat veritatē sui antecedētis. hoc tñ nō est m̄ p̄tum cōditionalis sed virtute modi positiōis p̄pōnis cathegorice. ¶ Ad tertiū dr q̄ hz in illa p̄pōne antecedēs nō possit esse verus p̄pter repugnantiam suoz terminoz. hoc tñ nō repugnat p̄pter habitudinē eius ad suū cōsequens cum possit esse verū sine cōsequente: q: si poneretur esse verū p impossibile: nō p̄pter hoc seq̄retur cōsequens. ideo illa nō est ꝙditionalis vera. ¶ Ad quartū dicit q̄ hz vtraq̄ pars illius cōditionalis sit p̄tingēs: tñ habitudo vni⁹ ad aliā est necessaria: r hoc sufficit ad veritatē cōditionalis q̄ solū denotat necessariā habitudinez vni⁹ cathegorice ad aliā. ¶ Ad q̄ntū dicit q̄ si supponat illa vniuersalis. oīe currēs est albuz: tūc cōclusio sequit de necessitate: hz hoc erit virtute illarū duarū p̄missarū. oīe currens est albū. r homo currit. r nō virtute illius solius p̄pōnis. hō currit. ideo illa ꝙditionalis p̄ma nō p̄pter hoc efficit vera sed semper est impossibilis.

Copulatiua est illa i qua cōiungūtur due cathegorice per hanc coniūctionē t: vel aliquā sibi simulem: vt sortes currit t plato disputat. Ad veritatez copulatiue exigit vtrāq̄ partē esse verā. vt hō ē aīal t deus est

Ad falsitatē ei⁹ sufficit alterā partez esse falsaz. vt homo est animal et equus est lapis.

¶Post⁹ actor determinant super⁹ de ꝓpositione cōditionali. hic ꝓmr ꝑm ordinē ꝑus positum determinat de copulatiua ipam sic diffiniens. Copulatiua est illa in qua ꝯungunt due ꝓpositōes categorice p hāc ꝯunctionē t. vel p aliqđ sibi ēqualens. Et ponit per hāc ꝯunctionem t. ad differentiaz aliaz⁹ speciez ypothetice in quib⁹ categorice cōiungunt p alias connunctiones Et dicit talis ꝓpositio copulatiua magis ꝙ alie ypothetice. qz lz in alijs ꝯungant categorice p aliquā cōiunctionē: tñ in ista soluz copulant p cōiunctionē copulatiuā. Vñ in cōditionali cōiungūtur p modū vn⁹: sicut añs t ꝓsequēs ꝙ includūt se inuicē. t in disiunctiua solū cōiungūtur ꝙtū ad voces t disiungūtur ꝙtū ad significata. ideo i sola copulatiua categorice vnūtur simplr⁹ p modū diuersorum

Pro quo sciendū est ꝑmo ꝙ ad veritatez copulatiue requirit ꝙ vtraqz ps sit vera. cui⁹ rō est. qz copulatiua sit ponit ambas ptes ei⁹ simul asserēdo eas ꝑm significata. cō ad veritatē eius requiritur ꝙ vtraqz ps sit vera. ipa enī est sicut totū integrale respectu partiū eius. sed ad esse totus integralis sequit cē cuiuslibet ptis ꝓncipalis ei⁹: nō ad vitatē copulatiue requirit veritas vtriusqz partis ꝙuis tñ in tpali vltra b requirat ꝙ ambe partes sint vere. p eodē tpe. t hoc est: qz spēs semp addit aliqđ vltra suū gen⁹: modo tpalis est vna spēs copulatiue. cetā in local requirit vtramqz prem esse veram pro eodē loco: vt b sortes currit vbi plato disputat. b tñ nō requirit ad ipam i ꝙtū copulatiua est: lz in ꝙtū est talis copulatiua

Secundo sciendū est ꝙ copulatiua inter oēs ꝓpositōes ypothetice spēs hz minorē vnitatē. qz ponit duas categoricas simul ꝙtū ad veritatē earū si ē prius dictū est. cōditionalis aūt solū ponit habitudinē vn⁹ ad aliā. t disiunctiua solū ponit veritatē vn⁹ categorice. cō copulatiua hz minorē vnitatē inter oēs t est simplr⁹ ꝓpō plures t solū est vna cōiunctione t ꝑm quid. Vñ qz copulatiua simul ponit veritatē vtriusqz partis eius. ideo arguēdo a tota copulatiua ad veritatē cuiuslibet ptis ei⁹ sequitur est bona ꝯña: vt bñ sequitur. bō est aial t de⁹ est. ergo bō est animal.

Tertio sciendū est ꝙ ad falsitatē copulatiue sufficit alterā ptem esse falsam. ratio est qz ipsa simul ponit ambas ptes ei⁹ sicut vlis oēs suas singulares. ꝯ ꝓpē falsitatē vn⁹ categorice ipa est tota falsa. t copulatiua cui⁹ ambe ptes sunt false nō est magis falsa mtēsiue ꝙ illa q̄ hz tñ vnā falsaz. lz sit magis falsa extēsiue qz falsitas ei⁹ ad plura se extēdit. Ex istis sequit ꝙ arguēdo a falsitate vn⁹ categorice ad falsitatē totius copulatiue est bona ꝯña. Sequit etiā ꝙ ad possibilitatē copulatiue requirit possibilitas vtriusqz ptis ei⁹ Nec sufficit ꝙ ambe ptes sint ꝑm se possibiles: sed requiritur ꝙ sint inter se cōpossibiles. cō ista nō ē cōpossibilis. sortes est t sortes nō ē. qz ille due nō sunt possibiles inter se in veritate. Sed ad necessitatē copulatiue requirit necessitas vtriusqz ptis eius. t ad impossibilitatē sufficit impossibilitas vn⁹ ptis eius. t ad ꝓtingētiā sufficit ꝓtingētia vn⁹ ptis nisi altera sit ipossibilis

Quarto sciendū est ꝙ ad dandū cōtra dictionē in copulatiuis habetur talis regula. qz copulatiua t disiuctiua de ptibus ꝯdicētib⁹ ꝓtradicūt ꝙ nō ꝓnt simul ēē vere nec sil⁹ false: lz repugnāt in vitate t falsitate simul. Et posset etiā aliter dari ꝯdictio in oīb⁹ ypothetics ferēdo negationē ad ꝓncipalē copulā ypothetice: vel ꝓponēdo negationez toti ꝓpositioni. qz nō est verū dare ꝯdictionē ꝙ toti ꝓpositioni ꝓponere negationē. Et p hoc ptz quid sit ꝓpositio copulatiua: t quid reqritur ad falsitatem t veritatem eius.

Sed contra predicta arguit. Primo sic. hec est copulatiua. sortes t plato currunt. t tñ ibi non sunt due categorice. igit cōtra diffinitionē copulatiue ¶Secundo arguit sic. hec est vna copulatiua. oīs homo currit: probat sic. qz copulatiue cōtinet istas. sortes currit. plato currit: t sic de alijs. t tñ ibi nō est ꝯunctio copulatiua. igitur ꝓtra diffinitōem ¶Tertio arguitur sic. hec est vna copulatiua vera. homo est animal. t equ⁹ est lapis. igit ad veritatē eius nō requirit veritas vtriusqz partis. añcedens ptz: quia oīs ꝓpositio aliquid dicens ita esse sicut est: est vera sed illa dicit aliquid esse sicut est. igitur est vera qz dicit hominez ēē animal. ¶Quarto sic. in copulatiua magis vnuntur due categorice ꝙ in disiunctiua in qua vnuntur ꝑm voces tantum. igitur copulatiua est magis vna ꝙ disiunctiua. t sic nō habet minorē vnitatez omnib⁹ alijs ¶Quinto sic. tota valet tantum quantuz quelibet pars. igitur ad hoc ꝙ tota copulatiua sit falsa oportet quālibet partem esse falsam. et non sufficit falsitas alterius partis.

Ad argumenta in oppositum. ¶Ad ꝑmū dr ꝙ si in illa ꝓpositione. sortes t plato currūt. illa cōiunctio t copulet inter termios. s. inf sortē t platonē. ipa ē categorica ꝺ copulato subiecto. lz si copulet inter ꝓpones ipa est copulatiua. t tūc sunt ibi due categorice. s. sortes currit. t plato currit. ¶Ad scām dr. ꝙ lez ista oīs hō currit materialiꝫ primeat plures categoricas etiā copulatiuc: tñ ille nō cōtinētur p modū plurū t formaliter. sed p modū vn⁹ tm. iō nō est copulatiua ¶Ad tertiū dr ꝙ lz ista. oīs hō est aial t equ⁹ est lapis. dicat aliqđ esse sicut est ꝙtū ad ptē sin significati. nō tñ ꝙtū ad suū totū significatū qđ ipsa affirmat. qđ reqrit ad vitatē ꝓpositōis copulatiue ¶Ad quartuz dr ꝙ lz in disiuctiua categorice mm⁹ vnūtur ꝙ in copulatiua. qz tñ disiuctiua solū ponit vitatē vn⁹ categorice. iō habz simplr⁹ maiorē vnitatē ꝙ copulatiua ¶Ad ꝙntū dr ꝙ si capiat⁹ tota distributive: tunc ad b ꝙ tota copulatiua sit falsa reqritur falsitas vtriusqz partis eius. sed si capiatur tota copulatiue. p perfecto. sic tota dicitur falsa propter falsitatem vnius partis

Disiuctiua est illa in qua coniungūtur due categorice p hāc cōiunctionē vl⁹: aut aliā sibi eq̄ualētez. vt sortes currit vl⁹ plato disputat. Ad vitatē disiuctiue sufficit alterā ptē esse verā: vt hō est aial: vel equ⁹ ē lapis. tñ pmittit ꝙ vtraqz pars eius sit vera: sed non ita ꝑpie. vt hō ē aial vl⁹ equ⁹ ē humibilis. Ad falsitatē ei⁹ oportet vtrāqz partē eius esse falsā. vt homo est asinus: vel equus est lapis.

¶Post⁹ actor determiant de ꝓpone copulatiua in q̄ ꝯungunt due categorice ꝑm voces et significata sil⁹. hic ꝓmr determiat de disiuctiua in q̄ due categorice cōiungūtur ꝑm voces tm. ipsam ꝑmo sic diffimēs. Disiuctia ē illa in q̄ coniungūtur due categorice p hāc cōiunctionē vl⁹ aut p aliā sibi equipollentem

Primo sciendū est ꝙ hec ꝓpō ꝺr disiuctiua eo ꝙ in ipa due categorice disiūgunt ꝙtū ad significata. t qz b fit cōuerter p cōtradictionez disiunctiuā. iō in ipa categorice vnūtur p aliquā cōiunctionē disiuctiuā. cōiunctōis cui⁹ disiuctiue duo sunt act⁹ ¶Primus est ꝯungere voces i quo cōuenit cū alijs ꝯiunctionib⁹ rōe cui⁹ cōiunctio ꝺr ¶Secūs act⁹ ē disiūgere significata rōe cui⁹ ꝺr disiuctiua. Et i b differt ab alijs ꝑdis ꝯiunctōis. Et p b ꝑz intellect⁹ diffinitōis ꝓmisse

Secundo sciendū est ꝙ ad vitatē disiunctiue sufficit alterā ptē esse verā. rō est qz disiuctiua ponit duas categoricas. s. vnā sub disiunctiōe ad aliā. iō de suo formali significato tm ponit vnā categoricā. nō tñ determiate hanc vel illā sed indeterminate. iō ad veritatē ei⁹ sufficit alterā ptē ei⁹ ēē verā: cū solū ꝓat vnā illaz ptiū. ipa enī ē sic totū vle. sed ad esse totⁱ vlis sufficit positio vn⁹ suaz ptiū. sic ad positionē alialis sufficit positio bois. iō ad vitatē disiuctiue sufficit veritas vn⁹ ptis. Ex quo ꝑz ꝙ ad possibilitatem ei⁹ reqrit possibilitas alteri⁹ ptis eius. t sil⁹ ad necessitatē ei⁹ sufficit necessitas vn⁹ ptis ei⁹ qz eadē ē rō de possibilitate sicut de necessitate ei⁹

Tertio sciendū est ꝙ ad falsitatē disiunctiue reqritur vtraqz ptē esse falsaz: qz si tantū vna sit falsa t alia vā cū ad veritatē ei⁹ sufficiat vitas vn⁹ ptis ipa erit simplr⁹ vā t non poterit dici falsa. iō ad hoc ꝙ ipsa sit falsa reqritur falsitas vtriusqz ptis eius sicut etiā ad destructionē vlis reqritur destructio oīm suaz ptiuz subiunctiuaz. Ex quo sequit. ꝙ ad impossibilitatē ipi⁹ disiuctiue requirit impossibilitas vtriusqz ptis ei⁹. qz si vna esset possibilis tota diceretur possibilis t ad cōtigētiaz ei⁹ reqrit vtrāqz ptē esse ꝓtingentē. vl⁹ ꝙ vna sit ipossibilis t alia ꝓtingēs. qz si vna sit necessaria t alia ꝓtingēs tota diceret necessaria. Et b itelligēdū est i affirmatiuis. qz oppositio mō se hz i negatiuis

Quarto sciendū est ꝙ duplicit arguit ad disiuctiua. Uno mō a tota disiuctiua cū destructōe vn⁹ ptis ad positionē alteri⁹. vt hō est aial vel equ⁹ ē lapis. lz equ⁹ nō est lapis. igit hō est aial. Secundo modo arguēdo a veritate vn⁹ ptis ad veritatē totⁱ est bona ꝯña. vñ bñ sequitur. b est vā. hō currit. igit hec est vā. hō est asin⁹ vel hō currit. Et posset argui a falsitate totⁱ disiunctiue ad falsitatem vtriusqz ptis t ecōuerso. De mō aūt dādi cōtradictionem in disiunctiuis satis dictum est.

Sed contra predicta arguit. Primo sic. hec est disiun-

ctiua. Ois ꝓpositio est vera vel falsa cuꝫ ibi sit cōiunctio disiunctiua. ⁊ tū ibi non sunt due cathegorice. igit. ¶ Scōo sic, cōungere ⁊ disungere sunt actꝰ oppositiq̄ nō pñt cōuenire eidē sed cōiunctio disiunctiua hꝫ disiūgere, ꝓnes igitur per cā nō cōiūgunt due cathegorice in disiunctiua. ¶ Tertio sic. omē totū integrale si vnū ponit oēs suas ptes. sꝫ disiūctiua est totuꝫ integrale cū integret ex suis ptibꝰ, igit sil' ponit vtrāq;. ⁊ sic ad vitatē eiꝰ nō sufficit vitas vnius ptis. ¶ Quarto sic. disiūctiua nō ponit vitatē alicuiꝰ ptis eius. qꝫ nō ponit vitatē nec ꝑmenec scōe. igit ad veritatē eiꝰ non req̄rit veritas vnꝰ ptis. ¶ Quinto sic. ℔ disiūctiua ē falsa. oēs hoies sūt asim vel hoīes ⁊ asim sunt asim. ⁊ tū vna ps eiꝰ ē va. s. ℔, asim sūt asim. igit ad falsitatē disiūctie nō req̄ritur falsitas vtriusq; ptis.

Ad argumenta in oppositum. ¶ Ad ꝑmū dr q̄ si hec coniūctio vel cōungit inter terminos sic illa nō est disiunctiua. sed cathegorica de disiuncto predicato, cuius predicatū est hoc totū verū vel falsum. ⁊ sic est vera. Sed si cōungat inter ꝓpōnes sic est vna disiūctiua falsa. ⁊ sic in ea sunt due cathegorice. s. iste ois, ꝓpositio ē vera vel' ois, ꝓpositio est falsa. ¶ Ad scōm dicitur q̄ cōungere ⁊ disiūgere nō possūt cōuenire eidē respectu eiusdē. sed bñ respectu diuersorū. ⁊ sic simul cōuenit ꝓnctiom disiūctiue cōungere ⁊ disiungere: qꝫ cōungit voces ⁊ disiūgu signficata respectu alicuiꝰ tertij. ¶ Ad tertium dr q̄ si cōsideret disiūctiua ꝑm, vocē: bene est totū integrale suaꝝ cathegoricaꝝ. sed nō si cōsideretur q̄tū ad significata eius. qꝫ non ponit formaliter significatū vtriusq; ptis de suo significato formali. ponit tū significatū vniuꝰsū. ¶ Ad quartū dr q̄ ly disiūctiua nō ponat veritatē alicuiꝰ ptis eius determinate. tū ponit veritatem eius indeterminate sub disiūctiōe ad aliam. ¶ Ad q̄ntū dr q̄ in illa ꝓpositiōe prima cathegorica pōt esse de disiuncto p̄dicato ⁊ sic est vna copulatiua vera. qꝫ vtraq; pars est vera. Prima eni pars est. oēs boies sunt asini vl' homines. secunda est. asim sunt asim. Alto mō secunda cathegorica pōt ē de copulato subiecto ⁊ sic est disiunctiua falsa. qꝫ vtraq; pars est falsa. Prima ps est. oēs boies sunt asini. secunda est boies ⁊ asim sunt asini. ⁊ sic eo modo quo ē disiunctiua habet vtrameq; partem falsam. Et sic patet de ypotheticis.

Equit dō eq̄pollētijs de q̄ bꝰdā tales regule. Prīa est q̄ si alicui signo vl' vel pticulari ꝓponat negatio eq̄pollet suo ꝯtradictorio. vt iste eq̄pollēt: non ois hō currit ⁊ quidā hō nō currit. Scōa regla ē q̄ si alicui signo vl' postponat negatio eq̄pollet suo ꝯtrario. vt iste due equipollent. omnis homo nō currit: nullus homo currit.

¶ Postq̄ auctor determinauit de ꝓpositionibꝰ tā cathegoricis q̄ ypotheticis. hic ꝑcedit determinat de quadā passione, ꝓpositionis. s. de eq̄pollentia q̄ per se ꝑmo cōuenit ꝓpositionibꝰ cathegoricis ⁊ p cathegoricas ypotheticas. Et licet ordine nature eq̄pollētia debeat īmediate poni post oppositiones ⁊ ante ꝯuersiones sicut ponit Buridanus. eo q̄ regule eq̄pollētiaꝝ dātur p respectū ad oppositiones. tū ordine doctrine cōuenientius ponūtur post ꝓpositōes ypotheticas ad īuenīdū q̄ equipollētie nō solū cōueniunt ꝓpositionibꝰ cathegoricis: sed etiā et p sequētes ypotheticas. s. ratione suaꝝ partiū. vt ille equipollent. si nullus hō mouetur. nullus homo currit. ⁊ si non quidam homo mouetur non quidam homo currit.

Pro quo ꝑmo sciendū est q̄ equipollētia dr equualētia duaꝝ ꝓpositionuꝫ in qualitate ⁊ q̄ntitate in veritate et falsitate p aduentū negationis facta. Et dicit eq̄pollētia ab equi qđ est equalet polleo les. qđ idez est q̄ valeo les. nō eq̄pollētia ⁊ equualentia idez dicūt realiter. Sed eq̄alētia cōuenit ac ciuit, p equualētia rez terminoꝝ ⁊ ꝓpositionū. Equipollētia vero q̄nus ita generalit ⁊ ita cōuenit ꝓsit accipi: tū magis ꝓprie sumit pro equualētia ꝓpositionū q̄ pro aliis. nō equalentia se habz vt genꝰ ad equipollentiaꝫ. nō bene ponitur in sua diffinitiōe loco generis. ⁊ residuum quod sequitur loco differentie ad explicandū spāliter naturā equipollētie, ꝓpositionū

Secundo sciendū est q̄ triplex ē negatio. s. negās: infinitās: ⁊ priuās. Negatio negās est q̄ negat totū qđ refert post se ⁊ eiꝰ oppositū ponit. cuius ꝓprius actus est negare cōpositionē ꝓpositionis. Sꝫ negatio infinitās est que negat cōpositionem intrinsecā termini finiti faciens ipsum infinitū sicut est negatio nois infiniti vel verbi infiniti

q̄ solū infinitat ⁊ negat qualitatē vel actū determinatū relinquēs subſtantiā infinitam vel actū indeterminatū. vt non hō vl' nō currit. Sed negatio priuās est q̄ negat habitū subiecti. ⁊ relinquit subiectū cui aptitudinē ad habitus sicut est cecitas. Et de negatione negante solum intelligitur totus in diffinitione equipollentie et in regulis sequentibus non autem de alijs negationibus.

Tertio sciendū est q̄ equipollētie, ꝓpositionū quattuor regulis nonfi cantur in textu. quarum prima est. Si alicui signo vl' vel pticulari ꝓponatur negatio equipollet suo cōtradictorio. cuiꝰ rō est: qꝫ contradictorie repugnant in qualitate ⁊ q̄ntitate simꝫ sed negatio ꝓposita signo mutat q̄ntitatē signi ⁊ qualitatē copule in suā oppositā. eo q̄ ipa totum negat qđ post se reperit. nō facit propositiones prius repugnantes in qualitate ⁊ q̄ntitate simul esse eiusdem qualitatis ⁊ quātitatis: ⁊ sic facit cōtradictorias eq̄pollere p aduentū eius.

Quarto sciendū est q̄ scōa regula ē q̄ si alicui signo vniuersali postponatur negatio eq̄pollet suo cōtrario. cuiꝰ rō est. qꝫ cōtrarie repugnāt in qualitate solus ⁊ in q̄ntitate nō. sed negatio postposita signo ⁊ addita copule mutat qualitatē copule: ⁊ non q̄ntitatē. qꝫ non agit in precedens. nō ipsa facit prius q̄ntitas esse eiusdē qualitatis ⁊ equipollere inter se. ⁊ hanꝫ regulaꝝ exēpla sat] patēt i textu

Sed contra primo sic. signo non est addenda negatio: vt dicit primo Periarmenias: neq; infinitans neq; negās eo q̄ actus negationis negant] est negare cōpositionē subiecti cum p̄dicato. igitur signo non debet ꝓponi negatio aliqua. vt dicit prima regula. ¶ Secundo sic. nulla negatio dat, ꝓponi aliquā q̄ntitatē. sed solū negat ⁊ destruit id qđ reperit. igitur negatio addita signo pticulari ponit sibi q̄ntitatē vniuersalē. igit nō facit ipm eq̄pollere suo cōtradictorio. ¶ Tertio sic. contradictorie nunq̄ sunt equipollentes. cū simul repugnant in qualitate ⁊ q̄ntitate. ergo negatio ꝓposita signo non facit ꝯdictorias eq̄pollere. ¶ Quarto sic. negatio postposita signo est eiusdem virtutis sicut ꝓposita. cū sit eiusdem nature ⁊ rationis. igitur sicut negatio ꝓposita signo facit equipollere contradictoria. ita negatio postposita. ⁊ sic nō facit eq̄pollere cōtraria. igit cōtra scōam regulā. ¶ Quinto sic. m istis. oē currens mouet: nullū nō currēs mouet. ē negatio postposita signo. ⁊ tū nō facit contrarias equipollere: quia ille non equipollent in veritate: ergo secunda regula est falsa.

Ad argumenta in oppositum. ¶ Ad primuꝫ dicitur q̄ signo non est addenda negatio infinitans. qꝫ non est infinitabile. tū sibi potest addi negatio negās. ⁊ ly actꝰ primꝰ negationis negantis sit negare cōpositionē ordinis: tā scōario pōt negare q̄ntitatē signi ⁊ alia q̄ reperit post seipm. ¶ Ad scōm vero dicitur q̄ licet negatio negans p se ꝑmo solū neget id qđ post se reperit. tū ex consequēti pōt ponere oppositū illius qđ ipa negat: licet sit p accidens ⁊ non per se. ideo q̄n negat particulare q̄ntitatē ex p̄sequēti ponit vniē. ⁊ ecōtra negādo negationez ex cōsequēti ponit affirmationē. ¶ Ad tertiū dicit q̄ si capiant cōtradictorie formaliter vt cōtradictorie sunt numq̄ sunt equipollētes sed repugnātes. sed si capiantur materialiter ꝑm id qđ sunt bene sūt equipollētes p aduētū negatiōis sic q̄ ille due q̄ prius erāt cōtradictorie p aduētū negatiōis fiūt eq̄pollentes. ⁊ sic intelligitur ista regula ⁊ oēs alie sequētes. ¶ Ad quartū dr q̄ ly negatio postposita signo ꝑmisse sit equalis ꝓtutis sicut ꝓposita. tū nō est eo mō applicata ad subiectū qđ debet negare eo q̄ nō reperit post se q̄ntitatē sicut alia. tō nō mutat q̄ntitatem: nec facit eq̄pollere ꝯdictorias. ¶ Ad q̄ntū dr q̄ ly in illis sit negatio postposita signo. tū nō ferꝫ sup copulā principalē ꝓpositionis. sꝫ supra illō principiū currēs. tō nō facit ꝯrias eq̄pollere. sꝫ solū mutat subiectū, ꝓponis. Vñ regula intelligit sic. q̄ sit negatō postposita signo ⁊ toti subiecto cadēs sup copulā, ꝓponis qđ tū nō fit in istis.

Tertia regula talis ē q̄ si alicui signo vl' vel pticulari preponat ⁊ postponat negatio equipollet suo subalterno. vt iste due eq̄pollēt: nō ois hō non currit qđā hō currit. Et dicte regule i hijs vsib' ꝙtinēt Vñ versus Pre ꝙtradic. post ꝙtra. pre postq; subalter. Nō ois: qdam nō. ois non quali nullus Non null': quidam. sed null' nō valet ois. Nō aliqs: nullus. non

quidā nō valet oīs. Non alter neuter.neuter nō p̄tet vterq;. Ex istis regulis infert regula q̄ talis ē. Si duo signa vniuersalia negatiua ponātur ī eadē locutōe:ita q; vnū sit ī subiecto ⁊ reliquū ī p̄dicato:primū equipollet suo ǫtrario p̄ secām regulā:⁊ secūdū suo ǫtradictorio p primā regulā:vt nihil ē nihil eq̄pollet huic.q̄libet ē aliq̄d:q; p secām regulā nihil nō ⁊ q̄libet eq̄pollēt:sicut oīs nō ⁊ nullus.⁊ p primā regulā: nō nihil ⁊ aliq̄d eq̄pollent sicut non nullus ⁊ quidā.⁊ sic due prime sūt equipollentes.

¶ Postq̄ auctor determīauit ⁊ posuit duas regulas.s.p̄mā ad habendū eq̄pollentiā ǫtradictoriarū.⁊ secām ad habendū eq̄pollentiā cōtrariarū.hic p̄sequit tertiā regulā ad habendū eq̄pollentiā subalternaq̄ talis est. Si alicui signo vlī vel particulari p̄ponat ⁊ postponat negatio eq̄pollet suo subalterno.q; subalterne repugnāt in q̄ntitate solū ⁊ nō in q̄litate. ſz negatio preposita signo mutat q̄ntitatē,p̄onis.⁊ posita īpedit ne mutet q̄litas. q; vna negatio destruit actū alterī⁹.ī p̄ma negatio variat q̄ntitatē,p̄onis ⁊ nō qualitatē.⁊p ꝯs facit equi

Primo pollere subalternas.

scienduz est q; vt in ista regula habeā due negatiōes eq̄ualēt vni affirmatiōi. Cuius rō est.q; p̄ma negatio q̄ posit seipsaz reperit aliā negatiōez:negat ⁊ destruit ipsaz:ſz destructa negatōe ponit affirmatio.q; de quolz est affirmatio vel negatio vera ⁊ de nullo ābe sim⁹. ī due negatōes cadētes sup̄ se inuicē eq

Secundo ualent vni affirmationi.

scienduz est q; due affirmatiōes nō eq̄ualēt vni negatōi sicut due negationes vni affirmatiōi.cui⁹ rō est.q; vna affirmatio nō destruit aliā:ſz magis affirmat eā. affirmatio em̄ nō est ins̄m intellect⁹ ad destruēdū illud qđ p̄us dictū est.vel qđ reput post se sic̄ est negatio.ī nō destruit affirmatiōes sequentes q̄re nō ponit negatōez p destructionē affirmationis sicut fit in negationib⁹. Et ſz affirmatō ex consequenti destruat negationē rōne oppositionis.tm̄ nō p̄mo ⁊ p se destruit sicut negatō ſz solū ex ꝯsequēti:p q̄ p̄tio ponit suā signm̄ catū,p̄positū cū quo nō p̄t stare negatio eius.

Tertio sciēduz est q; ſz in textu ponant tres regule spāles de eq̄pollētia ǫtradictoriarū.ꝯtrariū:⁊ subalternarū.tm̄ nulla ponit de subcontrariis. cuius rō est. quia si daret eq̄pollētia in subcōtrariis: vel negatio p̄poneret ⁊ postponeret signo particulari vel p̄poneret tm̄.⁊ sic vtroq; modo mutaret q̄ntitas,positiōis.ī subcōtrarie nō essent eiusdē q̄ntitatis: vel postponeret tm̄.⁊ hoc duplr. vel q; essent in affirmativa:vel in negativa. Si p̄m sic esset negatio ponēdo duas negationes: vt hic q̄daz hō nō currit.Si p̄mū sic esset penitus ea dez,ppositio cū alia.⁊ sic nō eēt eq̄pollētia duarū,p̄onuz.ī in istis nō p̄t dari eq̄pollentia.

Quarto sciendū est q; ex p̄cedentib⁹ regulis Petrus byſ. infert q̄rtā regulā quodā modo ǫtrientē p̄mā ⁊ secām q̄ talis est. Si in eadē locutōe ponant duo signa vlia negativa, vnū in subiecto ⁊ reliquū in p̄dicato.p̄mū eq̄pollet suo ǫtrio.⁊ reliquū suo ǫdictorio.cuius rō est:q; p̄mo signo postponit negatio scđi.⁊ sic eq̄pollet suo ǫtrio p secam regulam.⁊ scđo signo p̄ponit negatio p̄mi.⁊ sic eq̄pollet suo ǫtradictorio p primā regulā: vt ille eq̄pollēt.nihil est nihil.⁊ q̄libet est aliq̄d.vnō ad retinendū predictas regulas cū exēplis earū ponūtur metra in textu que satis faciliter possunt intelligi p ea que dicta sunt

Sed contra arguit. ¶ Primo sic. due subalterne min⁹ repugnāt q̄ due ǫtradictorie: igit̄ min⁹ requiritur ad faciendū eas eq̄pollere.ſz ad eqpollentiā cōtradictoriarū sufficit vna negatio.ergo cū due negatiōes magis faciāt q̄ vna sequit̄ q; ad eqpollentiā subalternaq̄ nō requirunt due negatōes:igit̄ ꝯtra tertiā regulā in ordine ⁊ p̄mā huius lectionis. ¶ Scđo sic. vna negatio nō p̄t destruere aliā: igit̄ p hoc q; negatio p̄posita ⁊ postposita se destruāt nō fit eqpollentia subalternaq̄.antecedēs patz. q; ofic qđ corrūpit a suo ǫtrio corrumpit. ſz due negationes nō opponūtur:imo sunt eiusdē rōnis:igit̄ vna nō destruit aliā. ¶ Tertio sic. due negationes nō ponūt affirmatiōez.q; vnū ǫtradictorium ponit reliquū. sed negatio cōtradicit affirmationi.ergo negatio p̄epositā ⁊ posita signo nō facit equipollere subalternas ¶ Quarto sic. signū vlē est dispositio subiecti m̄q̄tū subiectū est:ergo nūq̄ debet poni in predicato.igit̄ ī quarta regula supponit falsuz q; signū vlē ponat a pte p̄dicati ¶ Quīto sic. iste nō eq̄pollēt.nihil est nihil:⁊ qōlibet est aliq̄d:quia p̄ma ē negativa cum ibi ponatur tantum vna negatio ante copulam.⁊ alia est affirmatiā.igitur contra quartam regulam.

Ad argumenta in oppositum. ¶ Ad primuz dī q; min⁹ requirit̄ ad equipollētiā subalternarū q; p̄dictoriaq;.q; ibi solū requirit̄ mutatio q̄ntitatis .in p̄dictoriis vo req̄rit̄ mutatio q̄ntitatis ⁊ q̄litatis sil.⁊ ſz due negatōes sint aliquid plus q̄ vna fm vocē:tm̄ fm actuz negādi min⁹ faciūt:q; solū mutāt q̄ntitatē: vna aūt sola preposita signo mutat q̄ntitatē ⁊ q̄litatē sil. ¶ Ad scđm dī q; si due negatōes p̄sideren̄t fm suam rōnē: sic nō opponūtur.ſz si vna p̄sideret̄ iquātū est instrumētū intellect⁹ ad negādū aliq̄d .⁊ alia vt ē obiectū qđ negat̄ supra qđ cadit actus negādi.illo mō bñ opponūtur fm rōem agentis ⁊ patientis:⁊ sic vna destruit aliā quātū ad suos act⁹.⁊ nō fm subam ea⁹ ¶ Ad tertiū dī q; ſz negatio p se p̄mo nō ponat affirmatōez:tm̄ bñ ex cōsequēti ⁊ p accidēs negādo negatōem : q̄ negata ponit affirmatio ¶ Ad q̄rtū dī q; signū vlē vt includit ī se terminū sue distributōis sue significatū terminī q̄ p ipm̄ distribuit bñ ponit̄ in p̄dicato,p̄onis:⁊ ad huc inquātū distributum est p̄t poni a pte subiecti seu a pte predicati.ſz magſ,p̄e ponat̄ a pte subiecti ¶ Ad quintū dī q; ſz in ista. nihil ē nihil. scđa negatō nō ponat̄ ante copulā fm vocē tm̄ ponit fm intellectū ⁊ sensuz cōstructionis:q; debet resolui scđz nihil p nō ⁊ aliq̄d.⁊ ē sensus nihil ē nihil id est nihil nō est aliquid.ideo illa est simplicit affirmativa ⁊ equipollet alteri affirmative .⁊ sic patet de equipollentijs.

Dnus est adiacēs rei determīatio.⁊ hz fieri p adiectiuū. ſz duplex est adiectiuū qđdaz ē adiectiuū nois vt albus niger ⁊ simulta. aliud ē adiectiuū vbi: vt aduerbiū. Scđz em̄ Prisciaū aduerbiū est vbi vbi adiectiuū. Et iō duplex est mod⁹. Dn⁹ nominalis q̄ fit p adiectiuū nois vt hic. hō albus currit Alt⁹ aduerbialis q̄ fit p aduerbiū vt hō currit velociter. Itez aduerbiorū q̄dā determīant vbi gr̄a cōpositionis. vt ista sex necessario:ontingēter:possibiliter:īpossibiliter:bo:⁊ falso Alia determīnāt vbi gr̄a rei vbi vt fortiter agit.velociter currit. Alia determīnāt vbi rōne tēporis vt hodie cras ⁊ alia aduerbia tēporalia Alia determinant vbi rōne modi vt aduerbia optādi et hortādi :⁊ sic de alijs.Et scđm hoc sumit̄ multipliciter modus p aduerbia.

¶ Postq̄ auctor determīauit superi⁹ de,p̄positione de messe in q̄ denotat simplex inherētia p̄dicati ad subiectū ⁊ est cōpositio simplex.hic p̄sequit vult determīare de,p̄one modali in q̄ est cōpositio modificata ⁊ cōposita fm rōem ex cōpositiōe dicti ⁊ modificatōe:rōne cui⁹ modalis sequit illā de messe sicut cōpositū suum simplex:⁊ q;,p̄positio modalis dī a mō p q̄ formaliter modificat:ideo ante eq̄ auctor notificet ,p̄onē modalem: p̄us determīat de mō in cōi diffinitiue ⁊ diuisiue vt eliciat modum facientē

Primo propositionem modalem

sciendū ē q; mod⁹ est adiacens rei determīatio.⁊ hui⁹rō est.q; idez est modus realiter fm logicū ⁊ adiectiuū fm grāmaticū sed oē adiectiuū est determīatio adiacēs rei.scz suo substātio. oē em̄ adiectiuū ē determīatio sui substantiui ⁊ sibi adiacet . ideo mod⁹ bñ dī determinatio adiacēs rei.et ponitur ibi determinatio loco generis.quia determīatio est qđdaz supius ad determīationē q̄ fit p adiectiuū ⁊ ad determinationē que fit p substantiuū vel per īfinitus additū suo suppoſito:vt alibi bō. Deinde dī adiacens rei ad diam determinatiōis facte p

substantiuū. Ex ista diffinitõe ptz q oē adiectiuū siue sit determinatio ỹbi siue rei subiecte vel p̄dicate: vl' subiecti inquātū subiectū vl' predicati inquātū p̄dicatum est: vt sunt signa vlia vel ptic̄laria ꝛ alie dispositiões respectie p̄nt dici modi accipiẽdo modū coīter sic accipit B.

Secundo sciendū est. q̄ mod⁹ in cōi sic diuidit. q: q̄dā est modus noīalis. ꝛ ali⁹ aduerbialis. cui⁹ rō ē. q: oīs mod⁹ bz fieri p adiectiuū cū sit adiacēs rei. vel ergo fit p adiectiuū noīs: ꝛ sic est mod⁹ noīalis vel p adiectiuū ỹbi qō est aduerbiū: ꝛ sic ē aduerbialis. q̄ mod⁹ est determiatio determinās ip̄m ỹbū ꝛ sibi adiacēs. Vñ talis mod⁹ pōt dici ỹbalis rōne obiecti sui qō determiat q: ē determinatio ỹbi: ꝛ pōt dici aduerbialis ratione sui subiecti eo q̄ est aduerbium.

Tertio sciendum est. q̄ nomē significat per modum pmanētis siue per modum quietis. verbum vero per modum fluxus: fieri. ꝛ q: adiectiuum nominis significat p modū pmanētis. tō solū bz determiare nomē vel aliq̄d captū p modū noīs ꝫm suos modos significādi. sed aduerbiū significat p modum fluxus ꝛ fieri in alio: rōne cui⁹ est cōueniens determiatio ỹbi: ꝛ adiectiuū ei⁹. tō isti mōi sic differūt inter se q: mod⁹ noīalis est adiectiuū nominis: ꝛ est determiatio noīs substātiui. ꝫ modus aduerbialis habet fieri per aduerbia: ꝛ est determinatio verbi.

Quarto sciendū est q̄ mod⁹ aduerbialis subdiuidit̄ p q̄tuor modos ꝫm diuisionē aduerbioꝝ. q: q̄dam modificant ỹbū gr̄a cōpositōis vt possibile impossibile ꝛ sic de aliis. Alia vero gr̄a rei ỹbi vt velociter: cōmunit. fortiter. Alia ỹo gr̄a tp̄is vt aduerbia tp̄alia. Alia ỹo gr̄a mōi: vt aduerbia optandi ꝛ hortādi. Cui⁹ rō est: q: ỹbū sp̄aliter adiectiuū includit in se q̄tuor ista. s. cōpositionē que est act⁹ gñalis. ꝛ rē ỹbi q̄ dr̄ act⁹ sp̄alis ipsi⁹ verbi: vt in hoc ỹbo currit importat̄ cōpositio q̄ est act⁹ gñalis ei⁹ ꝛ cursus i tpo dr̄ res ỹbi. ꝛ ē act⁹ sp̄alis p ip̄m importat⁹. Tertiū est tp̄s. Quartus est mod⁹. ꝫ duo p̄ma sunt essentialia ỹbo. duo vero vltima sunt mōi significādi accidētales ei⁹. ꝛ ꝫm ista q̄tuor sunt diuersa aduerbia ỹbū diuersimode determinātia. Ex p̄dict̄ patēt diffinitio ꝛ diuisio modi: ꝛ subdiuisio ei⁹. ptz etiaz q̄ oīs mod⁹ cadēs in ꝓpõne est determinatio subiecti vel predicati vel cōpositionis ipsoꝝ quia semper est determinatio alicuius nominis vel alicuius verbi.

Sed contra predicta arguit̄. Primo sic. oīs determiatio est actio q: determinare est agere. ꝫ mod⁹ nō est actio. igit̄ nō est determinatio ¶ Sēdo sic. ipossibile est mod⁹. et tñ nō est determinatio rei adiacēs q: nō significat aliquā formā alteri adiacētē. igr̄ male ponunt̄ diffinitio modi ¶ Tertio sic. oē nomē significat p modū p se stātis cū oē nomē significat p modū subē. igr̄ nullū est adiectiuuz noīs nec mod⁹ noīalis ¶ Quarto arguit̄ sic. vn⁹ determinabilis est tm̄ vnica determiatio. ꝫ ỹbū est vnū determinabile. g̃ male ponuntur plura aduerbia q̄ p̄nt determiare idē ỹbū ¶ Quinto sic. quedā aduerbia determinant ỹbuz gr̄a loci vt aduerbia localia. Et quedam gratia numeri vt aduerbia numeralia. igitur insufficienter enumerant̄ aduerbia determinantia verba.

Ad argumenta in oppositum. ¶ Ad primum dr̄: q determiare effectiue ꝛ p modū agētis est agere. ꝫ nō determiare formaliter: nō ꝫ determiatio actiua sit actio: nō tm̄ determiatio formalis de q̄ intelligit̄ in diffinitõe modi ¶ Ad scōz dr̄: q ꝫ ipossibile nō significet formā realē adiacētē cōpositiōi: q: significat ipossibilitatē q̄ est p̄uatio potētie: tm̄ significat formā ꝛ determinationē ꝫm modū intelligēdi. q: ipossibilitas bñ ap̄bēdit̄ p modū forme ꝛ determiatōis cōpositiōis. ꝛ sic significat p būe modū impossibile ¶ Ad tertiū dr̄: q duplex est mod⁹ subē. s. modus pmanētis ꝛ p se stātis. ꝛ oē nomē significat p modū subē q̄tū ad modū pmanētis. ꝫ sola substātia significat p modū p se stāt. adiecti ua ỹo p modū alteri adiacēt. ¶ Ad q̄rtū dr̄: q vn⁹ determiabilis ꝫm idē esse vel eandē rōem est vnica determiatio: ꝫ tm̄ vn⁹ determinabilis materialit̄ ꝫm diuersas rōes p̄nt ee plures determinatōes. ꝛ sic est de ỹbo q̄ diuersis rōib⁹ determinat̄ p aduerbia ¶ Ad q̄ntū dr̄: q aduerbia loci ꝛ numeri ꝛ alia multa determinā ỹbuz gr̄a rei ỹbi: ꝛ cōtinent̄ in illa diuisiõe. vnde q̄ nerbū nūeri nō determinat ỹbū rōne nūeri q̄ est mod⁹ significādi verbi: ꝫ rōe numeri rei significate p verbū. vt cū dr̄. sortes bis currit. ibi determinat currit rōe q̄litatis cursus significati per ipsum verbum nō autē ratione numeri singularis aut pluralis.

Sed omissis oīb⁹ aliis solū nūc de illis modis dicēdū est q̄ cōpositionē determināt vt sūt hi sex necessario cōtingēter ꝛc.

Cū cū dr̄. hō necessario sedet: designat̄ q: cōpositio sessionis cū hoīe sit necessaria. Sed cuz dicit̄. hō bñ currit vel velociter significat̄ q: cursus hois sit velox vel bon⁹: ꝛ in ista determinat̄ res ỹbi. in prima ỹo cōpositio. Vñ solū illi modi q̄ cōpositionē determināt faciūt ꝓpositionē modalē: ideo de talibus solūmodo hic intēdim⁹. Et summit̄ q̄ñq̄ p̄dicti modi noīaliter: vt possibile ipossibile ptingēs necessariū verū ꝛ falsum. q̄ñq̄ aduerbialiter vt possibiliter ipossibiliter necessario ptingenter vero ꝛ falso.

¶ Postq̄ auctor determinauit de mō in cōi tā diffinitiue q̄ diuisiue. hic p̄mittit oīdit de quo mō est spāliter b ad ꝓpositū dicēs q: hic solū i spāli dicendū est de mō q̄ determinat verbū gr̄a cōpositionis ꝛ cōpositionē ꝓpositōis: cui⁹ ratio est. q: hic solū principal'r cōsiderat mod⁹ faciens ꝓpositionē modalē: sed sol⁹ mod⁹ determinās cōpositionē ꝓpōnis facit ꝓpositionē modalē eo q̄ cōpositio est forma totī ꝓpositiōis tō mod⁹ ipam modificās reddit ꝓpositionem modalē. Sed modi determinātes subiectū vl' p̄dicatū q: solū modificāt ptes materiales ꝓpositionis non faciunt ꝓpositionem modalez quare de illis non est amplius determinandum.

Primo sciendū est q: cōpositio ꝓpositionis p̄t dupliciter determinari. Uno mō gñali determinatiõe q̄ñ sibi addit aliq̄s mod⁹ entis sine ap̄liatiõe ip̄i⁹ cōpositōis ꝛ hoc mō determinat istis modis ỹo vel falso ꝫ q: gñalis determiatio nō est determinatio simpliciter: sed ꝫm quid tm̄. tō cōpositio b mō nō simpl'r modificat nec fit simpl'r modalis ꝓpositio. Alio mō determinat̄ sp̄ali determinatiõe q̄ñ. s. modus dicit specialē modū entis et ampliat cōpositionem' ultra tempus p̄sens. ꝛ sic determinatur istis modis possibile. impossibile. contingēs. ꝛ necessarium. ꝛ hoc mō simpliciter fit ꝓpositio modalis.

Secundo sciendum est q: ad modū facientem propositionem modalē requirūtur tres cōditiones. Prima est q: talis modus determinet cōpositionē ꝓpositionis: defectu cuius adiectiua q̄ determinant subiectum vel p̄dicatū materiale ꝓpositōis vel verbuz gratia rei verbi modi vel tp̄is non reddunt ꝓpositionē modalē. Secūda conditio ē q: talis modus dicat aliquā differentiā vl' modum entis circa talē cōpositionē: defectu cui⁹ negatio ꝛ isti modi opinabile ꝛ inopinabile vl' credibile nō faciūt ꝓpositionez modalē. Tertia est q: talis modus ampliet compositionem vltra tempus siue p̄teritus siue p̄sentis: defectu cuius verum et falsum non faciunt propositionez modalem simpliciter dictā sed generaliter tantuz

Tertio sciendū est q: tm̄ q̄tuor sūt modi faciētes simpl'r ꝓpositionem modalē. s. possibile ꝛ impossibile ptingens et necessariū. ꝓbatur p sufficientiam. q: oīs modus faciēs ꝓpōnē modalē determinat cōpositionē ꝓpositōis. vel g̃ circa ipam dicat nō esse ꝛ sic ē impossibile. vl' dicit esse. ꝛ hoc dupliciter vel dicit simpl'r esse ꝛ in actu: ꝛ sic est necessariū vel esse ꝓmixtū potētie ꝛ b ē dupl'r. vel dicit ipz p respectū ad suū actū: ꝛ sic est possibile. vel per respectū ad suā causam cōtingentē ꝛ sic est cōtingēs. Vñ q: isti modi determinet cōpositōez ptz: q: cū dicitur. sortes necessario currit. designat̄ q: cōpositio cursus cū sorte sit necessaria: ꝛ nō necessitas sortis ꝫm se. nec cursus: sed necessitas cōpositionis vnius cum altero. sed si dicatur. sortes currit fortiter. designatur q: ille cursus est sortis.

Quarto sciendū est q: p̄dicti mōi p̄nt sumi dupliciter. Uno modo nominaliter: alio mō aduerbialiter. Et rō est q: modus in cōi ꝛ adiectiuū idem sunt. sed oē adiectiuū pōt sumi noīaliter cū significet p modum pmanētis. ꝛ aduerbialiter cū significet p moduz fluxus ꝛ fieri: iō isti modi p̄nt duob⁹ istis modis accipi ꝛ vtroq̄ mō facūt propositionem modalem simpliciter. quia simplicit determinant compositionem propositionis: differenter tamen. quia quando sumunt nominaliter determinant cōpositionē acceptam p modum nominis. vt hic. sortē currere est possibile. cōpositio istius dicti: sortem currere sumit noīaliter. sed quando sumūtur aduerbialit determināt cōpositionem verbaliter designatam vt hic. sortes currit possibiliter. Ex dictis pa-

tet q̄ ⁊ quot sunt modi faciētes ꝓpōnez moda
lem ⁊ quot modis accipiant.

Sed contra p̄dicta arguit. ¶Pri
mo sic. Dñe determi
nabile est in potētia, ſz cōpositio ꝓpōnis cū sit
forma tocī? est in actu tm̄. ⁊ p ꝓns nō est deter
minabilis ngit̄ nullus mod? determiat illā cō
positionē. ¶Scdo arguit sic. mod? determi
nās ptē totius ex ꝓsequēti denoiat totum vt si
gnū, distribuēs ꝑmo subiectū, ꝓpōnis. ex ꝓns
denoiat totā, ꝓpōnez vlēm. ergo modi determi
nātes subiectū vel p̄dicatū debēt denoiare totā
ꝓpōnez ⁊ nō solū modus determinās totaz, p
positionē. ¶Tertio sic. determiatōes entis in
cōplexi nō determinat cōpositionē oōnis. sed
necessariū ⁊ ꝓtingēs sunt determiatōes entis
incōplexi. q̄ ens dr necessariū vel ꝓtingens. ꝯ
ſsti modi nō determināt compositionem.

¶Quarto arguit sic, ꝙ se ⁊ ꝙ accidēs faciūt ꝓ
positiōez modalē. vt dicēdo. sortes accidētali
ter currit: igit̄ nō sunt tm̄ q̄ttuor modi faciētes
ꝓpōnez modalē. ¶Quinto sic. nihil q̄ signi
ficat̄ noialiter determiat cōpositōz vbi. ſz so
lū illud q̄ designat̄ aduerbialiter. sed modi fa
ciētes ꝓpōnez modalē determināt vbū gr̄a cō
positionis: igit̄ nō p̄nt nomialiter designari.

Ad argumenta in oppositum.
¶Ad ꝑmū dr
q̄ ſz cōpositio oōnis nō sit in potentia respe
ctu esse totius ꝓpōnis. ſz in actu tm̄. tm̄ est i po
tētia respectu determiationū accidētaliū eius.
ideo bñ p̄t modificari. idē em̄ respectu diuer
soꝝ bñ est in potētia ⁊ in actu simul. ¶Ad se
cūduz dr ꝙ in accidentibus q̄ nō cōuenit to
ti nisi gr̄a ptis accidēs ptis bñ denomiat totū
sed in illis q̄ p̄nt ꝯuenire toti ⁊ ptibus accidēs
ptis nō sufficit denoiare totū. ⁊ sic est de modi
ficatiōe. q: tota, ꝓpositio p̄t ꝑ se ꝑmo modifi
cari q̄m modificat̄ sua forma totius. ⁊ p̄nt mo
dificari sine ptes. ſz ab illa modificatione nō de
nomiat̄, ꝓpositio modalis. ¶Ad tertiuz dr ꝙ
ſi ꝓtingens ⁊ necessariū accipiant̄ vt sunt dic
entis incōplexi: sic sunt determiatiōes eius. ſz
si accipiant̄ vt sunt dic entis cōplexi q̄d est in
herētia p̄dicati ad subiectū: sic sunt determia
tiones cōpositionis ⁊ sic sumit̄ in ꝓposito.

¶Ad quartū dr ꝙ ꝑ se ⁊ ꝑ accidēs nō sūt mo
di distincti ab istis. q: ꝑ se sub necessario ꝓtinet
reductiue: ⁊ ꝑ accidēs sub ꝓtingēti. ¶Ad ꝉ
tū dr ꝙ ſz illud q̄d sumit̄ noialiter nō possit de
terminare cōpositionē vbaliter acceptā: ſz solū
aduerbiū. tm̄ p̄t bñ determiare cōpōnez noialit̄
captū quō determināt isti mōi noialiter capti.

Ꝓpositio modalis est il
la que modificat aliquo
istoꝝ sex modoꝝ. possibile: ipo
ssibile: ꝓtingēs: necessariū: verū
⁊ falsuz: vt sortē currere ē possi
bile. ⁊ sic ꝯ alijs. Et in istis mo
dalib? vbū dr subiect: mod? aūt
p̄dicari. Dēs autē alie ꝓpōnes
q̄ nō determiant̄ p illos sex mo
dos dicunt̄ de inesse. Sz adhuc
ille ꝓpositiones q̄ modificant̄
his modis. vo ⁊ falso ad ꝑsens
relinquūtur. q: i illis eodē modo
sumunt̄ oppositio ⁊ quemētia
sicut i illis de ēesse. In illis aūt
de his quattuoꝝ mōis possibile
ipossibile: ꝓtingēs: ⁊ necessariū
alio modo sumunt̄ oppositio
et equipollentie vel conuenien
tie vt postea patebit.

¶Post ꝑ auctoꝝ determiauit de modo q̄ est ꝑn
cipiū formale, ꝓpōnis modalis. hic ꝓſr determ
inat de, ꝓpōne modali. ⁊ q: suba rei precedit
passiōes eius. ꝯ ꝓus determiat de, ꝓpōne mo
dali ꝑm se q̄ de cōpollētijs ⁊ oppōnib? eius: ip
sam ꝑmo sic diffinies. Propositio modalis est
illa q̄ modificat̄ aliquo istoꝝ sex modoꝝ. ſ. pos
sibile: ipossibile: ꝓtingēs necessariū. verū ⁊ fal

Pro quo sciendū est ꝑmo q̄ ꝙ (sum
positio modalis dupl'r acci
pit. Uno modo cōiter, ꝙ oi, ꝓpōne in qua mo
dificat̄ cōpositio sine hoc sit determiatione ge
neralis sine spāli. ⁊ sic verū ⁊ falsuz facit̄, ꝓpoſ
tionē modalē ⁊ hoc modo diffinit̄ hic in gñali
Alio mō capit̄ spāliter solū, ꝙ illa, ꝓpōne: cui?
cōpositio spāli determiatione modificat̄ āphā
do ipsaz vltra ꝓpus sue placentis. ⁊ sic soluz fit
ꝓpositio modalis ꝙ illos q̄ttuoꝝ modos. possi
bile. ipossibile. ꝓtingēs. ⁊ necessariū. ⁊ solū mo
dales q̄ sunt modificate his modis sūt simpli
citer modales. ⁊ de illis in sequētibus soluz de

terminabit̄. eo ꝙ nō habent easdē cāpollētias
⁊ oppositiōes: sicut ille de inesse. ille vo q̄ mo
dificant̄ ꝙ verū ⁊ falsuz bñt easdez cāpollētias
⁊ oppositiōes sicut ille de inesse: q: nō bñt am
pliationē vltra tempus ꝑsens. ideo de illis nō
determinabitur amplius.

Secundo sciendū est ꝙ duplex est, ꝙ
positio modalis. ſ. cōposi
ta ⁊ diuisa. Cōposita est illa in qua p̄dicatū di
citur cōponit̄ cū materia ⁊ forma ipsi? subiecti. ⁊
dr, ꝑferri dictū, platiōe cōmuna ad designandū
illā cōpositionē nō pausando inter ptes dicti:
sed inter dictū ⁊ modū. Diuisa est illa in qua ꝑ
dicatū dicit̄ solū cōponit̄ cū materia subiecti. ⁊
diuidit̄ a forma eius ⁊ dr, ꝑferri, platiōe discōti
nua ad designandū illā diuisionē inter ptes di
cti pausando. ⁊ nō inter dictuz ⁊ modū. vt hec
albū esse nigrū est possibile. si nigrum cōponat̄
cū albo, ꝙ subiecto albedinis ⁊ ꝙ ipsa albedine
tūc est cōposita ⁊ falsa. ſz si cōponat̄ cū albo, ꝙ
subiecto albedinis ⁊ diuidat̄ ab albedine discō
tinuando ptes dicti: sic est diuisa ⁊ vera. Ex q̄
bus ptz q̄ tā in modalib? diuisis q̄ cōpositis
modus determiat totā cōpositionē dicti. ſz dif
ferēter. ꝯ vtraq; ē simpl'r modalis ⁊ ꝯ vtraq;
intelligit̄ diffinitio ꝓpus posita. nec differūt spe
cie essentiali cōposita ⁊ diuisa de eodem modo
sed specie accidentali solum.

Tertio sciendū est q̄ in, ꝓpōnib? moda
libus dictū subijcit̄ ⁊ mod? sem
per p̄dicat̄. Cui? rō est. q: sicut se bñt esse ⁊ nō
esse in illis de inesse: ita modus in modalib?: ſz
in illis de inesse esse vel nō esse est p̄dicatū for
male. ꝯ simil'r modus in modalib? est p̄dicatū
formale ⁊ nō māle: q: est illud q̄ p̄dicatū māle
denoiat inesse subiecto. Itez illud qō est deter
minatio ⁊ se hz ꝑ modū forme respectu cōposi
tionis dicti nisi ꝙ subijcit̄ in, ꝓpōne modali: sed
semp p̄dicat̄: eo ꝙ determinatio nō hz subijci
suo determiabili: ſz mod? se hz vt forma respe
ctu cōpositionis dicti. q: est determiatio ei?. ſz
nō sit determiatio cōpositiōis q̄ est inter dictuz
⁊ modū: igit̄ in modalib? nunq̄ modus subij
citur: sed semp predicatur.

Quarto sciendū est ꝙ in modalib? est
illa oō cuius cōpositio modi
ficat̄ sive sit cōposita ex accusatiuo casu ⁊ vbo
infinito cui addit̄ modus noialiter capt?: sive
sit oō ꝑfecta cui addit̄ modus aduerbialit̄ ca
ptus. talis oō ante aduentū modi dr placens
ꝓpōnis modalis. ⁊ tale dictū est materia, ꝓpo
sitionis. ⁊ mod? determiās cōpositionē ei? se
hz vt forma ptis. ⁊ esse modificatū cōpositōis
resultās ex vnione modi ⁊ cōpositionis q̄ faci
unt vnū: sicut determiatio ⁊ determiabile ē for
ma totius, ꝓpōnis modalis. ⁊ ꝑ hoc ptz q̄d sit, ꝙ
positio modalis: ⁊ quot modis dr. ⁊ q̄d sit sub

Sed contra iectū ⁊ p̄dicatū eius.
p̄dicta arguit. ¶Pri
mo sic. in ista. sortē currere est possibile. hoc di
citū. sortē currere est illud qō modificat̄ ꝙ illuz
modū possibile. ⁊ tm̄ nō est, ꝓpositio modalis
sed tm̄ eius subiectū. g̃, ꝓpositio modalis non
est q̄ modificat̄ aliquo istoꝝ sex modoꝝ. ¶Se
cūdo sic. hec est modalis. hoiem esse asinū est i
possibile. ⁊ tm̄ nō modificat̄. igit̄. mio: pz. q: in
illa ille modus impossibile destruit totā cōpoſi
tionē dicti: igit̄ nō determiat vel modificat ip
sam. ¶Tertio sic. aduerbiū in oōne nūq̄ p̄di
cat̄. sed modus in modalib? q̄nq; ponit̄ aduer
bialiter. g̃ modus in ipsis nō semp p̄dicatur.

¶Quarto sic. ꝓpositio modalis aliq̄n cōuer
titur: igit̄ in ea fit de p̄dicato subiectū. ⁊ ecōtra
g̃ cū modus q̄nq; p̄dicet ꝙ cōuersionez mutat̄
in subiectū. ⁊ sic nō semp p̄dicat̄. ¶Quinto sic.
vnūs semp est formalis? vnus. ſz modus vnit̄
cū dicto mediāte copula vbali: igit̄ modus se
hz in modalib? vt p̄dicatū māle. ⁊ nō formale

Ad argumenta in oppositum.
¶Ad ꝑmū dr
ꝙ ſz illud dictū modificet̄ ꝑmo ꝙ modū ptis ⁊
tanq̄ quo: tm̄ tota, ꝓpositio modificat̄ ꝙ modū
totius: ſz hoc sibi cōueniat ꝙ cōpositionē dicti
q̄ ꝑmo modificat̄. ꝯ tota, ꝓpositio dr moda
lis ⁊ nō ipm dictū. ¶Ad scōm dr ꝙ impossibi
le nō destruit ꝑmo ⁊ ꝑ se illā, ꝓpōnez. ſz ex ꝓns
tm̄. q: ꝑ se ꝑmo negat vnū spāliz modū entis a
tali cōpositōe. ſ. possibilitatē. siue potentiā ad
esse. qua negata destrunt̄ ex ꝓsequēti cōpositio

¶Ad tertiū dr ꝙ aduerbiū ꝑ se sumptū nō est
p̄dicatū, ꝓpōnis: ſz aduerbiū ꝓiūctuz cū verbo
sicut determiatio suo determiabili p̄t esse p̄di
catū formale, ꝓpōnis. ⁊ sic est de modo aduer
bialiter posito in, ꝓpōne. q: determinat forma
liter verbū gr̄a cōpositionis. ⁊ inde fit vnū p̄di
catū formale. ¶Ad quartū dr ꝙ ꝓpositio mo
dalis nō cōuertit̄ sm se totaz: sic ꝙ modus po
nat̄ in subiecto: ſz solū cōuertit̄ ꝙtuz ad dictū
faciēdo de p̄dicato dicti subiectū ⁊ ecōtra. Un
de modales de possibili ⁊ necessario sm dictuz
eodē modo cōuertunt̄: sicut ille de inesse. ⁊ sil'r
ille de ꝓtingēti accepto, ꝑ possibili. ſz in illis de
ꝓtingēti ad vtrūlibet fit ꝯuersio i oppositā qua
litatē. ⁊ vniuersalis negatiua in eis nō cōuerti
tur simpliciter in terminis. ſz particularis negati
ua cōuertit̄ simpliciter. Sed in illis de impos-

sibili ꝑmo ad cõuertendũ illas oportet videre q̃bus cãpollẽt de necessario ⁊ conuertere illas de i possibili sicut conuertunt sine cãpollẽtes de necessario: ⁊ in eis vlis affirmatiua non cõuertit in termis. ſz ꝑticularis negatiua bñ conuertit in terminis. ¶ Ad q̃ntũ d̃z q̃ modus nõ vnit cũ dicto mediãte vbo mõ tua est modus: sed solũ in q̃tũ nosaliter significat. ideo in rõne modi nõ est poteria ad copulã vnienẽ. sed est p̃dicatus formale respectu cõpositionis.

Sciẽdũ aũt q̃ q̃libz istoz quattuor modoz quattuor facit ꝓpones modales. ĩ cũ modi sunt quattuor: quater quattuor erũt ꝓpositiones ⁊ sic erũt sex decim: vbi q̃ra. iste modꝰ possibile si sumat sine negatiõe facit vnã ꝓpositionẽ modalẽ. vt sortes currere est possibile. Si aũt sumat cũ negatiõe lata ad verbũ facit secaz. vt sortẽ non currere est possibile. Si vo cuz negatiõe posita ad modũ facit tertiã. vt sortẽ currere nõ e possibile. Sed si sumat cũ duplici negatiõe vna posita ad vbuz et alia ad modũ facit aliã ꝓpõnẽ vt sortẽ nõ currere nõ est possibile. Et hoc mõ sciz vnũquẽq istoz quattuor modoz sumũtur quattuor ꝓpones modales

¶ Postq̃ auctor determinauit d̃ ꝓpõne modali q̃tũ ad subaz eꝰ. hic ꝓsequitur determinat de suis passionibꝰ. s. de cãpollẽtibus ⁊ oppõne. ⁊q; cãpollẽte ⁊ oppones modaliũ faciliꝰ cognoscũt neque unt nisi cognoscat multiplicatio ꝓpõnuz modaliũ. ĩ ante q̃ de illis passionibꝰ determinet ꝓ uis ostendit q̃ propositiones ꝑnt multiplicari ꝑm

Primo quẽlibet modum.

sciendũ ẽ q̃ in omni ꝓpõne modali duplex est cõpositio. Prima est cõpositio partiũ dicti inter se. Scda vo est cõpositio modi cũ dicto q̃ est ꝓncipalis in ipsa: ⁊ q̃litas ꝓpositionis sicut est affirmatio ⁊ negatio attenditur ex pte cõpositionis. ĩ ꝓpositio modalis pot dupliciter dici affirmatiua ⁊ negatiua. s. ex pte modi ⁊ ex pte dicti. illa aũt in q̃ negat modꝰ est simpliciter negatiua modalis. ſz illa in qua solũ negat cõpositio dicti nõ est simpliciter negatiua: sed vt dicit aristoteles habet negatiuã figurã. ⁊ po

Secundo test dici negatiua de dicto sciendũ est q̃ ꝑm istũ modum possibile. p variationẽ affirmationis ⁊ negatiois ꝑnt fieri q̃tuor ꝓpones modales. Prima est affirmatiua tam de dicto q̃ de modo. vt possibile est esse. Scda est negatiua de vtroq;. vt nõ possibile est nõ esse. Tertia ẽ negatiua d̃ dicto solũ: vt possibile est nõ esse. Quarta ẽ negatiua solũ de mõ. vt nõ possibile est esse. ⁊ sili ꝑnt fieri q̃tuor ꝑm quẽlibet aliorum modoz. ⁊ sic in toto ꝑnt multiplicari in sexdecim ꝓpones modales ꝑm q̃tuor modos. vñ ꝓdicte q̃tuor ꝓpones p quattuor vocales significant. p a significat affirmatiua tã de dicto q̃ de modo. p u negatiua de vtroq;. p e negatiua d̃ dicto solũ ⁊ p i negatiua de modo solũ: iuxta illos versus

Destruit u totũ: ſz a affirmat vtrũq;. Destruit e dictũ: destruit iq; modũ. ex q̃bus ꝓz quõ sumitur ⁊ variat qualitas in modalibus.

Tertio sciendũ est q̃ in modalibꝰ triplicater attenditur q̃ntitas. Primo ex pte dicti qd̃ est subiectũ tonis ꝓpõnis. Scdo ex pte subiecti dicti Tertio ex pte modi. vñ ex pte dicti oẽs sunt singulares: q; in ipsis dictũ simpliciter accipit. p vno solo dicto in defectu vnitus vocis ĩposite ad significandũ ipm: ſz ex pte subiecti dicti ꝑnt dici vlẽs ꝑticulares indefinite ⁊ singulares ꝑm q̃ tale subiectũ differẽter tenet vliter ꝑticulariter indefinite aut singulariter. ſz ex pte modi aliq̃ sunt vlẽs: alie ꝑticulares ⁊ mille sunt indefinite aut singulares.

Quarto sciendũ est q̃ q̃ntitas modalis sumpta ex pte mõi nõ est q̃ntitas suppositoꝝ ſz tẽpoꝝ ⁊ que est mẽsura acceptiõis copule respectu tpis ꝑm ãpliatiõz mõi: sicut q̃ntitas suppositoꝝ est mẽsura acceptiõis subi respectu suoꝝ suppositoꝝ. vñ modales de necessario ⁊ ipossibili dñr vlẽs: eo q̃ necessariũ ãpliat ad oẽ tpus affirmative. sicut oĩs distribuit vlẽ ⁊ affirmative. ⁊ ipossibile ãpliat ad oẽ tpus negatiue: sic̃ nullꝰ distribuit vlr ⁊ negative. Sz ille de possibili ⁊ ꝓtingẽti sunt ꝑticulares: q; vtrũq; ãpliãt ꝑticulariter ⁊ affirmatiue. q; solũ ãpliant ad ꝑsis ⁊ ad futurũ ⁊ se hñt sicut illũ

signũ q̃daz. vñ vsus. Omne necessariũ ipossibile q̃si nulli. Possibile q̃daz nõ q̃daz possibile nõ ẽt p hoc ptz de multiplicatiõe q̃litate ⁊ q̃ntitate ꝓpositionis.

Sed contra ꝓpõuz modaliũ. p̃dicta arguit. ¶ Primo sic. ꝑm hũc modũ possibile ꝑnt fieri infinite. ꝓpones modales: igit male dictũ est q̃ ꝑm ipm solũ sunt q̃tuor ꝓpones modales. ¶ Secũdo sic. oẽs ꝓpones de eodẽ mõ sunt eadẽ. p positio in specie eo q̃ modales specie distinguit ex pte modi q̃ est forma ꝓpõnis modalis: igit nullus modꝰ facit q̃tuor ꝓpones modales in spẽ ¶ Tertio sic. ista. sortẽ currere nõ est possibile ⁊ sili alie vbi possibile negat nõ fit de possibili ſz de ipossibili vel necessario: igit male d̃z q̃ possibile facit vnã negatiuã ꝓpõnẽ modalẽ ex pte modi ¶ Quarto sic. cum sibz rei est tñ vna forma. ſz q̃litas est forma ꝓpõnis: igit vnꝰ ꝓpositiõis modalis ẽ vna q̃litas. ⁊ sic in istis nõ pot accipi duplex q̃litas. ¶ Quinto sic. modꝰ in modalibꝰ se hz ꝑ modũ forme: ſz q̃ntitas reste net ex pte materie ⁊ nõ ex pte forme: igit in ipsis nõ sumit q̃ntitas ex parte modi.

Secũdo sciendũ est ꝙ̄ passio vt hic sumitur est q̄litas cito transiẽs inferẽs passionẽ vel illata ex passione: sicut rubedo inferꝛ ex passione verecundie: vel pallidꝛtas ex passione timoris. ⁊ ꝺ: passio q: causatur a passiõe: vel q: causat passionẽ in suo subiecto ⁊ etiã q: denominat suũ subiectũ fuisse passum p modũ passionis: ⁊ habet simile modũ cẽndi cũ passione. s. esse cito transiens ⁊ nõ radicatuz in subiecto: sed passibilis q̄litas est q̄litas inferẽs passionẽ vel illata a passiõe pmanẽs in suo subiecto: sicut est albedo ⁊ rubedo naturalis ⁊ alie qualitates q̄ sensib⁹ inferũt passiones: ⁊ nõ dicit̄ passibilis qualitas eo ꝙ̄ aliquid patiatur tanꝙ subiectum passionis: sed quia inferꝛ ab aliqua passione vel q: infert passionem sensibus. ideo cõungitur passioni vel vt causa vel vt effect⁹ eius ratione cuius dicitur passibilis qualitas.

Tertio sciendum est ꝙ̄ passio ⁊ passibilis qualitas semper dicunt eandem speciem qualitatis cum importent eandẽ qualitatem secundum essentiam speciei: sicut est eadem essentia rubedinis que primo habet

esse impfectū in subiecto ⁊ est passio ⁊ postea hꝫ esse pfectū ⁊ ōr passibilis qualitas. ⁊ ꝓpter hoc ista copulātur p cōiunctionē copulatiuā. sed q̄ important illā formā sub diuersis modis essendi q̄ modi per idē nomē sufficiēter explicari nō possunt. tō noiank diuersis noibus ⁊ melius q̄ vno solo noīe. sicut antiqui nominauerunt hāc speciē nomine calus: eo q̄ qualitas huius speciei causatur in subiecto ab aliquo extrinseco p modum illius quod a casu producitur.

Quarto sciendū est q̄ sub hac specie reponūtur oēs qualitates sensibiles generaliter quaꝝ aliquē ptinēt ad corpus quedā vero ad aīam. Ad corpus ptinent oēs q̄ sunt obiecta q̄ntꝫ sensuuꝫ exterioꝝ. vt color. sonus odor. sapor. calidū. frigidū. būdū. siccuꝫ graue. leue. ⁊ alie qualitates tāgibiles. q̄ oēs iste qualitates inferūt sensib⁹ passiones. ⁊ ptinēt ad aīam sunt ira. gaudium. timor. ⁊ sic de alijs q̄ causank in appetitu ⁊ aliqua passiōe. In hac etiā specie reponūtur aliq̄ q̄litates occulte q̄ inferūt passiones corpori: ⁊ oēs influentie celestes ⁊ etiā occulte virtutes herbaꝝ vl aliquorū lapidū: sicut est virtus magnetis q̄ attrahit ferrum. vel qualitas veneni que inficit homies et per hoc patet de tertia specie qualitatis ⁊ que sint qualitates sub ea contente.

Contra predicta arguntur. Primo c. passio est vnū predicamētū ab alijs distinctū a qualitate. ergo nō est vna spēs qualitatis ¶ Scdo sic. oīs qualitas de ꝑia subiecta ꝓdicabk in quale. sed passio nō determinat subiectā qualē vt ꝓius dictū est. ergo passio male ponitur vna spēs qualitatis ¶ Tertio sic oē passibile est aptū natuꝫ aliq̄d pati. sed nulla q̄litas est apta nata aliquid pati cū nulla qualitas possit esse subiectū passionis. ergo nulla q̄litas est passibil'. ⁊ sic passibilis qualitas nō ponitur sub hac spē q̄litatis ¶ Quarto sic. quecūq̄ dicūt eandē essentiā sunt in equali gradu pfectionis. ſz passio ⁊ passibilis qualitas nō sunt eq̄lis pfectionis. ergo nō dicūt vnā spēm qualitatis ¶ Quinto sic. albedo ⁊ nigredo sunt qualitates passibiles: ⁊ tñ nō inferūt passionē sensibus vt puta visui: q̄ nō tangūt ipm visum. ergo non agunt in ipso nec possunt in eo causare passionem. ergo male dicitur q̄ passibiles qualitates inferunt sensibus passiones.

Ad argumenta in oppositum Ad primuꝫ ōr q̄ passio vt est effect⁹ illationꝫ actionis bene ē ꝓdicamentū distinctū a qualitate: sic nō est species qualitatis. sed tñ passio q̄ est sensibilis qualitas hūs esse impfectū ⁊ cito transiens non est predicamentū: sed vna spēs qualitatis ¶ Ad secundū dicik q̄ licet qualitas ꝑm essentiā ⁊ esse pfectū simul q̄ dicik qualitas denomiet subam q̄lem: nō tñ qualitas que solū habet essentiā qualitatis ⁊ esse impfectū. sed solū denominat ꝑm quid eo modo quo habet esse in substātia. ⁊ sic est de passione vt dictū est. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ vno modo aliquid dicik passibile tanq̄ subiectū passionis. ⁊ tale est aptū natū aliquid pati sed alio mō aliquid dicik passibile a causa vel effectu eius. q̄ causat passionē vel causak a passione. ⁊ passibile hoc modo non est aptū natum aliquid pati. ⁊ solū hoc modo dicik aliqua qualitas passibilis ¶ Ad quartū dr q̄ licet passio ⁊ passibilis qualitas nō sint equalis pfectōis q̄tū ad modū essendi: tamen q̄tum ad essentiam sunt in equali gradu pfectionis. ideo vnā solā spēm important nō specialissimā sed subalternam ⁊ in suis inferioꝝ⁹ conueniūt in eadē specie specialissima. ⁊ quādoq̄ in eodē individuo. ſz quando vna qualitas ꝓmo habet esse passionis ⁊ p̄ radicatōem in subiecto efficitur passibilis qualitas ¶ Ad q̄ntū dr q̄ ly albedo ⁊ alij colores non agāt corpaliter nec inferāt passionez corpalem visui: tñ sibi inferūt passionē spiritualem ⁊ pfectuā ⁊ agunt in ipō intētionalr ⁊ in hoc differūt ab alijs obiectis sensuū que agunt corpalr in sensuꝫ vt q̄litates tāgibiles in actuꝫ

Quarta species qualitatis est forma ⁊ circa hoc aliq̄d ꝙstans figura vt dispositio corporis vt triāgulatio quadrāgulatio rotunditas curuitas rectitudo

¶ Post⁹ accor determiant de tertia spē qualitatis. hic ꝓpr determiat de q̄rta q̄ est forma et circa hoc aliquid constans figura. Et rō est. q̄ post naturalē potentiā oportuit ponere tertiaꝫ speciem qualitatis sub qua continētur obiecta naturalium potentiarum que est passio ⁊ passibilis qualitas: ideo oportuit hanc speciez poni vltimam: ⁊ etiam propter hoc q̄ qualitates trium specierum precedentium se tenent ex parte forme. hec autem ex parte materie. Et q̄ qualites a toto genere insequitur substātiam gratia forme. ideo alie qualitates que se tenent ex parte forme pfectius hūt rōnem forme qualitatis q̄ forma ⁊ figura. ideo hec species cōuenienter in

Primo loco vltimo ordinatur.

sciēdū ē q̄ forma ⁊ figura inē se

cōueniūt ⁊ differūt. in hoc eīm cōueniūt q̄ dicūt eandē speciē qualitatis .ſ. qualitatē q̄ est terminatio q̄ntitatis in subiecto. ꝓmo eīm termiat q̄ntitatē: ⁊ p̄ q̄ntitatez subiectū eius: sed differunt in hoc: q̄ talis termiatio q̄ntitatis pōt cōparari ad formā substātie in qua est ⁊ ad quātitatem quā imediate termiat: ⁊ ꝑm cōparationē ei⁹ ad formā quā ⁊ termiat dicik forma: q̄ ipsa causak formā quā ⁊ termiat dicik forma: q̄ ipsa causak circa quātitatez ꝑm exigentiā illius forme: ⁊ p cōparationē ad q̄ntitatē quā termiat ōr figura Unde act⁹ forme est cōtinere illa q̄ sunt ad intra: ⁊ actus figure est depingi ad extra ꝑm exigentiā termiationis q̄ntitatis. Ex quo patz q̄ forma ⁊ figura cū dicant eandē essentiā cōuenienter ponūtur vna spēs q̄litatis ⁊ bñ cōiungūtur p cōiunctionē copulatiuā. ⁊ q̄ differūt rōne: ideo ad ostēdendū illā diuersitatē cōuenienter duob⁹ nomibus nominank melius q̄ noiarenk vno nomie tñ.

Secundo sciendum est q̄ forma pōt capi dupl'r. vno modo p quacūq̄ essentia dante aliq̄ esse formale: ⁊ sic est quoddā singulis ad oēs formas essentiales ⁊ accidētales. Et hoc modo nō capik hic. Alio modo capik spāliter, p figura terminativa q̄ntitatis]: ⁊ sic accipik in ꝓposito. ⁊ talis qualitas terminās q̄ntitatem magis dicik forma q̄ quecūq̄ alia spēs qualitatis, ꝓpter hoc q̄ in spēbus nature illa figura cōsequik formā essentialē speciei: ⁊ est figurativa ⁊ notificativa illius forme substantialis: sicut cognoscim⁹ formā homis vel asini p figuraz eius ⁊ distinguim⁹ spēs corporū ab inuicē p talē figuram. Ita quecūq̄ differunt specie: differūt etiā figura ⁊ forma: ⁊ que in specie conueniūt eodez mō figurank: vt homo in oibus suis individuis habet formā ſerectam sursum ⁊ quoddāmodo similē figurā in capite manibus ⁊ pedib⁹ ⁊ alijs mēbris.

Tertio sciendū est q̄ figura pōt accipi dupl'r. vno modo, p. quātitate figurata vel terminata ⁊ sic est q̄ntitas: ⁊ hoc modo nō capik hic. Alio modo formaliter, p formatione vel figuratiōe q̄ntitatis vt sunt triangulus quadrāgulus: ⁊ sic figura est q̄litas circa quātitatē posita: ⁊ sic capik hic. Et q̄ est qualitas circa hoc aliquid. i. circa individuū cōpletū de gñe subē. ideo talis forma vel figura q̄ntitatez terminās est cōstans circa hoc aliq̄d.

Quarto sciendū est q̄ sub hac specie generaliter ponunk omēs figure corpales ⁊ supficiales: quaruꝫ alique sunt figure naturales que causantur a natura ⁊ a formis naturalib⁹ corporū in q̄bus sunt vt bipedalis in homie ⁊ quadrupedalis in equo: ⁊ sic de alijs. Alie vero sunt artificiales q̄ causank ab arte: vt est figura domꝰ cathedre vel scāmi. vnde oīa artificiata sub hac specie ponunk. etiā sub ipsa cōtinenk passiones lmee vt sunt rectuꝫ curuū longū ⁊ breue: ⁊ alique passiōes nāeri q̄ sibi cōueniūt p similitudinē ad figuras corpales vt quadratū ⁊ bicubitū: ⁊ sic ō multis alijs ⁊ p hoc pt⁊ que sit quarta spēs qualitatis ⁊ que qualitates sub ipsa ponantur.

Sed contra ꝓdicta arguik. ¶ Primo sic. Nullū superi⁹ ad qualitatē est spēs qualitatis: sed forma est quoddā superi⁹ ad qualitatē: q̄ cōuenit oībus accidentib⁹. ergo nō est spēs eius. ¶ Scdo sic Figura est quedā q̄ntitas q̄ termiō vel termīs claudik. ergo nō est spēs qualitatis. ¶ Tertio sic. Omis termin⁹ est eiusdē ꝓdicamenti cum suo termiato: sicut differētia terminās genus est eiusdē predicamēti cū ipso: ſz figura est termin⁹ q̄ntitatis. q̄ est de ꝓdicamēto q̄ntitatis et nō q̄litatis. ¶ Quarto sic. Illud q̄ cōtinek et includik infra hoc aliq̄d nō est circa hoc aliq̄d sed figura continek infra hoc aliq̄d cū sit in eo vt in subiecto. ergo nō est constans circa hoc aliq̄d. ¶ Quinto sic. Forma dom⁹ ⁊ figura est de ista specie. ⁊ tñ nō est circa vnū individuū: ſz cōstat in quadā multitudine lignoꝝ ⁊ lapidū: ⁊ ergo male dicik q̄ hec qualitas est figura q̄litas circa hoc aliquid.

Ad argumenta in oppositum. Ad ꝓmuꝫ dicik q̄ si capiat forma, p oī illo q̄ dat esse rei est quoddā superius ad qualitatē: ſz si capiak p qualitate que dicit terminationē q̄ntitatis ꝑm exigentiam forme substātialis nō est superius ad qualitatē: ⁊ hoc modo soluꝫ hic capik. ¶ Ad scdm dicik q̄ ly figura accepta materialiter sit quātitas. nō tñ figura formaliter accepta vt dictuꝫ est. ¶ Ad tertiū dr q̄ ly termin⁹ intrinsecus et essentialis sit eiusdē predicamēti cū suo termiato: nō tñ termin⁹ extrinsecus. modo forma vel figura est termin⁹ extrinsec⁹ q̄ntitatis. ideo nō ponik in eodē predicamēto cū ipsa. ¶ Ad q̄rtum dicik q̄ licet figura ꝓmeak infra hoc aliquid. tamē hoc nō fit ꝑm ꝓfunditatem: ſz ꝑm suam superficiem que aliquo modo intrinsece circūdat ipsum hoc aliquid. ideo bene dicik cōstans circa ipsum. ¶ Ad quintum dicik q̄ licez forma dom⁹ sit multitudo individuoꝝ ſz lignoꝝ ⁊ lapidū: tñ oīa individua per aggregationez ⁊ ordinem illorum inter se: se habent p modum vnī⁹ individui suscipiētis talē figu

ram. ideo illa figura est circa hoc aliquid.

Qualia vo dicũtur q̃ scdz hec denoiatiue dicunt vl' quomodolibz aliter ab his: vt a grãmatica grãmaticus a iustitia iustus. Vel quecũqz dicũtur ab aliqua qualitate non denoiatiue eo q̃ nomẽ nõ est impositũ ipsi qualitati vt cursor z pugillator Et nota q̃ cursor et pugillator dicunt duplicit Uno modo dicunt cursor z pugillator ab arte currendi z pugillãdi: z sic sunt in prima specie qualitatis q̃ iste artes sũt habit⁹. Alio modo dicit cursor nõ q̃ habeat artẽ currẽdi sz q̃a habz naturalẽ potẽtiã ad actũ currẽdi. z pugillator nõ q̃ habeat artẽ pugillãdi sz q̃ habz naturalẽ potẽtiã ad actũ pugnãdi. Et isto modo dicũt qualia ab istis naturalib⁹ potẽtijs: sz nõ denomiatiue eo q̃ noĩa nõ sũt imposita istis naturalib⁹ potẽtijs a q̃bus dicunt qualia Et sic cursor et pugillator sũt in scda specie qualitatis. Alia aũt dicunt qualia nõ denoiatiue q̃ nomẽ ẽ ipositũ qualitati scdm quã dz quale: sed cã nõ ptcipat scdm illd nomẽ vt studiosus a virtute. z sic sunt tres

modi sumẽdi quale a qualitate

¶ Postq̃ auctor determiauit de q̃litate in cõi z q̃tũ ad suas spẽs. hic p̃cedit determiare de q̃le q̃d est denoiatiuũ eius. Et rõ ordinis est: q̃ q̃litas dat formaliter esse quale: z est cũ ipsius qualis tõ pri⁹ diffinita est a posteriori p quale tanq̃ p suũ effectũ: sz q̃ quale est ppri⁹ effectus z formalis ipsi⁹ qualitatis: z causa naturaliter p̃cedit suũ effectũ. ideo p̃us determinatũ est de q̃litate anteq̃ determinarẽt de quali.

Primo sciendũ est q̃ qualitas z quale in hoc cõuenũt q̃ dicũt eandẽ eẽntiã q̃litatis: z sic p̃uenũt i significato: sz differũt in hoc q̃ q̃litas dicit illã essentiã sm se et nõ sm iherentiã ad subiectũ. q̃le vo importat illã essentiã cũ inherẽtia ad subiectũ. Et tõ differũt quale z q̃litas sicut cõcretũ z abstractum sic q̃ qualitas est abstractũ: q̃le vero eius cõcretum: z q̃ dicit eandẽ essentiã tõ reponũtur in eodẽ predicamẽto: z sic vt q̃litas sit vnũ genꝰ gñalissimũ q̃d p̃dicat de suis inferioribꝰ accẽptis in abstracto. ita etiã z quale est vnũ genꝰ gñalissimũ nõ distinctũ a qualitate q̃d p̃dicat de suis inferioribꝰ in cõcreto acceptis: vt dicendo albũ est quale. nigrum est quale.

Secundo sciendũ est q̃ concretũ dupliciter cõsideratur. Uno modo sm respectũ quẽ habet ad suũ subiectum z sm talẽ respectũ nõ ordinat in p̃dicamẽto: z hoc modo nõ est genꝰ nec spẽs sz accidẽs Alio modo cõsiderat sm respectũ quẽ habz ad sua superiora quoz est spẽs: z ad sua inferiora quorũ est genꝰ. z sm talẽ respectum est ordinabile sm sub z sup̃: z p se reponit in p̃dicamẽto. vñ sz respiciat suũ subiectũ: tñ ille respectꝰ ab eo nõ tollit respectũ essentialẽ ad sua supiora z inferiora ideo nõ impedit ipm p se reponi in p̃dicamẽto z sz cõnotet suũ subiectum: eo q̃ significat formam cũ inherẽtia ad suũ subiectũ: tñ nõ significat ipsum de suo ꝓncipali significato: q̃ vt dicit in p̃dicamẽtis pbr: albũ solã qualitatẽ significat. z q̃ vnũq̃dq̃ reponit in p̃dicamẽto sm suam essentiã quã importat: z cõcretũ dicit solam essentiã sine abstracti. ideo ponit i suo p̃dicamẽto cum suo abstracto.

Tertio sciendum est q̃ quale sic diffinit. Qualia dicunt q̃ sm hec ab aliq̃ qualitate denoiatiue, dicunt: vel q̃ dicunt ab aliqua q̃litate nõ denoiatiue. In qua diffinitione loco gñis diffiniti subintelligit dicibilia. dicibile eñ hz modũ gñis respectu omniũ p̃dicamentoz. Deinde ponit q̃ sm hec denoiatiue dicun

tur ad denotandũ qualia que sm verã denominationẽ ab aliqua q̃litate dicunt: sicut a grammatica grãmaticus. a iusticia iustus. q̃ dicunt denomiatiue sm hec. i. sm istas spẽs qualitatis supius positas. Deinde ponit vel ab aliqua qualitate nõ denoiatiue ad denotandũ qualia que dicunt a qualitate nõ sm verã denoiatiõez sicut studiosus a virtute.

Quarto sciendũ est q̃ plurib⁹ modis nõ dicit quale denomiatiue a qualitate. Uno modo q̃n qualitas habet impfectum esse in suo subiecto: vt q̃n habet esse remissum in suo subiecto non sufficit denoiare subiectũ: sicut ẽ caliditas in aqua tepida: vel q̃n est solum in transitu z non pmanet in subiecto: vt pallor ex timore: vel q̃n inest subiecto soluz sm partẽ que nõ sufficit denominare totũ: sicut est albedo in dẽtibus ethiopis q̃ nõ sufficit denominare ipsuz albũ. his tribus modis q̃ sumuntur ex pte rei nõ sumit quale a qualitate: sz alio modo quale sumit a qualitate nõ denomiatiue ex pte vocis quãdo sz ipsuz quale nõ habet denominationẽ sm nomiationẽ abstracti: sic q̃ cõuenit cuz ipso in ꝓncipio z differat in fine. q̃ tñ requirit ad denominationẽ: z hoc cõtingit adhuc dupliciter. Uno modo q̃n qualitati a qua sumit quale nõ est nomẽ impositum: vt cursor: z pugillator: quãdo dicunt a naturali potentia currendi vel pugillandi dicunt nõ denominatiue: q̃ illi naturali potentie nõ est nomẽ impositũ: sed vt dicunt ab arte currẽdi vel pugillandi vt sunt in ꝓma specie qualitatis bñ dicunt denominatiue. Alio modo q̃n qualitati a qua sumit quale est nomen impositũ z nomen qualis nõ sumit sm nomen sui abstracti: vt studiosus dicit a virtute. Et ꝓpter istos vltimos modos qualis ponitur vltima pars diffinitionis qualium.

Sed contra p̃dicta arguit. ¶ Primo sic. In p̃dicamento q̃litatis nõ ponit diffinitio concreti q̃litatis vel denominatiue eius. q̃ similiter hic nõ debet poni seu diffiniri denominatiuũ qualitatis. ¶ Scõo sic. Diffe q̃d diffinit debet capi p modũ vni⁹: sz q̃le hic nõ capit p modũ vni⁹ sz pluriũ cũ ponat in plurali numero. q̃ male hic diffinitur qualia in plurali nũero. ¶ Tertio sic. Simile dr ab aliqua qualitate nõ denoiatiue. q̃ sibi cõuenit hec diffinitio: z tñ nõ est q̃lis sed ad aliq̃d. q̃ ista diffinitio nõ cõuenit soli diffinito. ¶ Quarto sic. Nulla bona diffinitio dr dari p diffinitionẽ. q: diffinitio nõ significat aliquid determiate: sz significat vnũ p diffinitõez ad aliud: modo diffinitio dz dicere determiate esse ad diffinitũ: sz ista diffinitio dat p diffinitionez. q̃ nõ est bona. ¶ Quinto sic. Diffe q̃le sumit ab aliqua qualitate: z illa qualitas est natura denominãs: z quale est denoiatuũ ei⁹. q̃ nullũ quale sumit ab aliqua q̃litate nõ denoiatiue in oppositum.

Ad argumenta Ad p̃mũ dr: q̃ sz in q̃litate sunt duo denoiatiua. s. q̃tũ z quotuz. tñ vtrũq̃ illoz semp dr: eodẽ modo denominatiue a q̃litate: sz quale nõ semp dr: eodem mõ a q̃litate: sed q̃nq̃ denoiatiue z q̃nq̃ nõ. tõ ad oñendũ hãc diuersitatẽ qualiũ magis hic oportet determiare de q̃li q̃ de precto q̃litatis.

¶ Ad scõm dr: q̃ sz q̃le nõ sumit hic p modum vni⁹ in nũero sz pluriũ: tñ sumit p modũ vni⁹ in gñe. z hoc sufficit ad hoc q̃ diffinit: tñ hic ponit in plurali nũero ad denotandũ pluralitatẽ qualiũ quoriũ aliqua dicunt a qualitate denoiatiue: z aliqua nõ. ¶ Ad tertiũ dr: q̃ sz sile dicit effectiue ab aliqua q̃litate: nõ tñ dr: formaliter ab aliq̃ z hoc mõ intelligit q̃ quale dr: a q̃litate. ¶ Ad quartũ dr: q̃ sz nulla diffinitio sm se tota debet dari p diffinitionẽ q: nihil determiate notificaret: tñ pot dari p diffinitionẽ ptuz ad aliqs ptes eius. ꝓpter diuersitatẽ aliquã inferioz diffinitu: z sic est in ista in qua ponit determiate illa ps qualis dicunt q̃ dicunt ab aliqua pte denoiatiue. z ponit disiunctio inter istas ptes denoiatiue: vel nõ denoiatiue. ꝓpter diuersos modos qualiũ. ¶ Ad ultimũ dr: q̃ sz oẽ q̃le sumit a q̃litate sm rẽ: nõ tñ sm rẽ z vocẽ simil in aliquibus vt dictũ est. tõ aliqua dñr nõ denoiatiue.

Est aũt ꝓtrietas in qualitate: vt albedo ꝓtrietat nigredinẽ: iusticia iniusticie. Hoc autẽ nõ est ꝓpriũ qualitati q̃ nõ cõuenit oi qualitati. Figura enim nõ habz aliqd ꝓtrariũ nec⁹ alt quis medius color vt rubedo blancdo Et secundũ ẽ q̃ si vnũ ꝓtrariorz fuerit quale reliquũ erit quale: vt iusticia ẽ qualitas: ergo iniusticia. iustũ ẽ quale ergo iniust. sz Ite qualitas in

Universidad de Deusto
Biblioteca

scipit magis ⁊ minus. ðr enim iust⁹ magis ⁊ min⁹ iust⁹. ⁊ alb⁹ et grāmatic⁹. ſz hoc nō ē ꝓpriū qualitati: q⁹ quadratū nō ſuſcipit magis neq; min⁹: neq; circulus neq; quadrāgulatio neq; circulatio. Itē ꝓpriū eſt qualitati ſcdm cā ſimile vel diſſimile dici: vt alb⁹ albo ſilis ðr ⁊ iuſtus iuſto. albus aūt nigro diſſimilis dicitur.

¶ Poſtq̄ actor determinauit de qualitate ⁊ q̄libus quātū ad ſuū eſſe eſſentiale. hic ꝑ̄ aſſignat tres ꝓprietates eius. In quaꝝ prima ðr q⁹ in q̄litatibus reperit cōtrarietas. Cuius ratio eſt. q⁹ oēs forme repugnantes. q̄ ſe mutuo expellunt ab eodē ſ̄bo inter ſe ꝛ̄riant. ſed alique q̄litates inter ſe repugnāt reſpectu ſubiecti vnius a quo mutuo ſe expellūt. ſicut virt⁹ ⁊ vicū repugnant ad inuicē reſpectu eiuſdem ſubiecti. ſic iuſticia ⁊ iniuſticia ⁊ multe alie de ꝑma ſpecie qualitatis et multe q̄litates de tertia ſpē q̄litatis. vt calidū ⁊ frigidū. būidū. ⁊ ſiccū. ⁊ q̄litates ſcde. que cauſant ab iſtis qualitatib⁹ primis. vt graue ⁊ leue album ⁊ nigrum ⁊ ſic de multis alijs qualitatibus. ergo contrarietas ineſt qualitati.

Primo ſciendū eſt q⁹ ꝛ̄rietas qualitatū dupl⁹ ſumit. Uno mō cōiter ꝑ repugnātia quacūq; qualitatū que ſe expellunt ab eodē ſubiecto. ꝓpter repugnātiā quā hñt ad inuicē ⁊ ſic reputur ꝛ̄rietas in q̄litatib⁹ ꝓ̄ie ſpēi ⁊ etiā tertie. Alio mō ſumitur ꝓprie. ꝑ repugnātia qualitatū paſſiuaꝝ ⁊ actiuaꝝ q̄. ꝑ actionem pbificā ⁊ ꝓpriā ſe expellūt ab eodē ſubiecto. ſicut calidū ⁊ frigidū ab eodē corpe. ⁊ ſ̄ mō ſolū reputur ꝛ̄rietas inter q̄litates tertie ſpēi. ille eñ ſole ꝓprie ſunt actiue ⁊ paſſiue. Sed hic primo mō ſumit ꝛ̄rietas ⁊ nō ꝓuenit q̄litatibus ſcde ſpēi. q⁹ ꝛ̄raria ſucceſſiue ſunt in eodē ſubiecto qđ nō cōuenit naturali potētie vel impotentie q⁹ ſubiectū naturaliꝛ potēs ad vnā opationem nō ꝑ̄ eſſe naturaliꝛ impotens ad ipſam. Siliꝛ etiā multe q̄litates quarte ſpēi non ꝛ̄riantur ſicut triangulus. quadrangulus. ⁊ ſic de multis alijs. ⁊ ꝑ hoc ꝑz q⁹ habere ꝛ̄riū nō ꝓuenit omi qualitati nec etiā ſoli cū cōueniat actiom ⁊ paſſioni. ⁊ ſic non eſt ſibi ꝓprium aliquo modo ꝓ̄prij. ſed eſt quedam communitas in qua cōueniunt plures ſpecies qualitatis.

Secundo ſciendū eſt q⁹ ſi vnū ꝛ̄rioꝝ fuerit quale reliquus erit quale. Cuius ratio eſt. q⁹ ꝛ̄raria ſub eodem genere poſita ſunt: ſed quale eſt vnū gen⁹. ergo ſi vnū cōtrarioꝝ fuerit quale ⁊ de genere qualitatis reliquū erit quale in genere qualitatis. vt ſi iuſtū ſit quale iniuſtus erit quale. ⁊ ſz contraria ſm ſuas formas ſpecificas habeāt repugnātiā ⁊ nō cōueniāt in vna forma ſpecifica: tñ nō hñt repugnantiā ſm formā ſui generis. ſed illa ſemp in genere cōueniunt. rōne cui⁹ ſemp reꝛ̄runt idem ſubiectū quod eſt ꝓportionatus forme ſui generis. Ideo ſi vnū cōtrarioꝝ fuerit q̄le: reliquū erit quale. ⁊ ſi vnū fuerit qualitas reliquū erit q̄litas: ⁊ ſicut due ſpēs ſub eodē gñe.

Tertio ſciendū eſt q⁹ ſecunda ꝛ̄rietas eſt qualitatis eſt q⁹ qualitas ſuſcipit magis ⁊ minus. Et ratio eſt. q⁹ alique qualitates ſm ſuum eſſe. ꝓprium intenduntur ⁊ magis ⁊ minus ꝓficiūtur ſm ſuū ꝓprium eſſe qđ hñt in ſubiecto: vt qualitates ꝑme ſpēi intēdunt ⁊ remittuntur ſm maiorē ⁊ minorē radicatōem in ſubiecto. vt virtus ⁊ ſcia ⁊ multe alie. ⁊ qualitates de tertia ſpecie intēduntur ⁊ remittunt ſm ꝓmixtionē contrarij cū contrario. vt calidū dicit magis vel minus calidū ſm q⁹ magis ⁊ minus ꝓmiſceť cū frigido. ⁊ alique qualitates quarte ſpeciei intenduntur ⁊ remittūtur. ſz pauce intendāt⁹ ⁊ remittāt⁹. ſicut rectū non pōt dici magis aut min⁹. ſed curuū pōt ſuſcipe magis ⁊ min⁹. ⁊ ſic ſuſcipere magis ⁊ min⁹ nō ꝓuenit oi qualitati nec etiā ſoli vt dictū eſt de ꝓcedēti cōitate. ⁊ nō eſt ꝑ intelligēdū q⁹ qualitas ſm ſuā eſſentiā ⁊ in abſtracto ſuſcipiat magis ⁊ min⁹. ſz ſm cē qđ hz in ſubiecto ⁊ in concreto.

Quarto ſcienduz eſt q⁹ tertia ꝓprietas qualitatis eſt. Ꝓpriū eſt qualitati ſm eam ſimile vel diſſimile dici. Cui⁹ ratio quia ſimilitudo eſt rerū differentium cadez qualitas. ſed non in numero. quia idē accidēs in numero non poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis nec ſufficit q⁹ ſit eadem qualitas in genere: q⁹ ſi ſic album ⁊ nigrum eſſent ſimilia. ſed requiritur q⁹ ſit eadem qualitas in ſpecie ſpecialiſſima Et diſſimilitudo eſt rerum differentium diuerſa qualitas in ſpecie ſicut album ⁊ nigrum dicuntur diſſimilia. ergo ſimile ⁊ diſſimile dicuntur ſm qualitatem: capiendo ſm vt dicit circūſtantiam cauſe efficientis: non formalis. ⁊ hoc conuenit omni qualitati ⁊ ſoli ⁊ ſemper: vt patet inductiue per exempla ⁊ probari poſſz. ergo

ergo iſta ꝓprietas eſt ſibi ꝓpria quarto modo

Sed contra ꝓdicta arguit. Primo ſic. oīa ꝛ̄raria ſub eodem genere ponūtur: ſed qualitas nō ponitur ſub aliquo genere cū ſit genus generaliſſimuz ergo qualitas nō habz ꝛ̄rariū. ¶ Secūdo ſic mediū ꝛ̄rariorꝝ vtriꝰq; ꝛ̄rariat cū poſſit fieri motus ab illo ad vtrūq; extremoꝝ vt de rubeo ad albū ⁊ ad nigrū. ergo male dicit in textu q⁹ nullus medius color habet ꝛ̄rariū. ¶ Tertio ſic. ꝛ̄raria inter ſe maxime ab inuicē diſtant ergo nō ꝓuenīt genere. ergo ſi vnū ꝛ̄rariorꝝ fuerit quale aliud nō pōt eſſe quale ¶ Quarto ſic. vna albedo non eſt magis albedo q̄ alia nec nigredo. eſt magis qualitas q̄ albedo ⁊ ſic de oībus alijs qualitatibus. ergo nulla qualitas ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Quinto ſic. ſpecies eſt tota ſimilitudo oīm ſuoꝝ inferiorū ergo inferiora eiuſdē ſpeciei ſubſtātie dicunt ſimilia p formā ſue ſpeciei. ergo nō conuenit ſolī qualitati ſm eam ſimile vel diſſimile dici.

Ad argumenta in oppoſitum ðr q⁹ licet qualitas accepta in cōi ⁊ in genere nō ponatur ſub aliquo genere neq; illo modo habeat ꝛ̄rariū: tñ vt eſt in ſuis ſpeciebus quarū aliique inter ſe ꝛ̄rariant bene habet cōtrarium ⁊ ponit ſub genere. ¶ Ad ſecundū ðr q⁹ ſi medium ꝛ̄rariorꝝ ꝓſideret vt medium ſic nō habz cōtrariū q⁹ nō maxime diſtat ab extremis. ſed ſi cōſideret inq̄tū eſt participatiuū vtriuſq; extremoꝝ ſic ꝛ̄rariat vtriuſq; extremoꝝ licet contrarietate impfecta: vt rubeū inq̄tū impartat aliqđ de nigro ꝛ̄rariat albo ⁊ inq̄tū habz aliquid de albo ꝛ̄rariat nigro. ſz ꝑmo modo intelligitur hic q⁹ media nō ꝛ̄rariant extremis ¶ Ad tertiū ðr q⁹ licz ꝛ̄raria maxime diſtent ſub eodē genere: nō tñ maxime diſtāt ſimpliciter. ideo ſi vnū eſt quale aliud pōt bñ eſſe quale ¶ Ad quartū ðr q⁹ ſz albedo ⁊ alie qualitates in abſtracto nō ſuſcipiunt magis ⁊ minus: tñ bñ ſuſcipiūt in cōcreto: vt albū ðr magis ⁊ minus albū. ¶ Ad q̄ntū ðr q⁹ ſz ſpecies ſit ſimilitudo eſſentialis ſuoꝝ inferiorū que ꝓprie nō eſt ſimilitudo. ſz magis ꝓprie ðr ideōptitas. non tñ eſt ſimilitudo accidētalis que ꝓprie eſt ſimilitudo de qua hic intelligit. ideo idiuidua ſubſtantie nō dicunt ꝑ ſuā ſpeciē ſimilia ſimilitudine accidētali: ſz hoc ſolū ꝓuenit qualitatib⁹.

Actio eſt ſcdz quā in id qđ ſubiectē agere dicimur vt ſecās aliqs ðr agere in eo qđ ſecat. vñ ſectio ē actio ⁊ ſcdz ſectionē agit ſecās in eo qđ ſecat: ⁊ ꝑ cuſſio ē actio. Ꝓpriū actionis eſt ex ſe inferre paſſionē. Recipiūt aūt agere ⁊ pati cōtrarietatē. calefacere enī eſt ꝛ̄rariū ei qđ eſt frigidū facere. et delectari ē ꝛ̄rariū ei qđ ē triſtari. Recipiūt agere ⁊ pati magis ⁊ min⁹. calefacere cū magis et minus ðr. ⁊ calefieri ðr. magis ⁊ min⁹. ⁊ ſiꝛ triſtari ⁊ ðlectari

¶ Poſtq̄ actor determinauit de quattuor ꝑdicamētis ꝓ̄ncipalibus in quibus reperiunt q̄tuor ſimplices modi ꝓdicādi ſcz de ſubſtantia: quātitate: ad aliqđ: ⁊ qualitate. hic ꝑ̄ determinat de alijs ꝑdicamētis minus ꝓ̄ncipalibus quoꝝ modi ꝓdicādi fundant⁹ in modis ꝑdicandi ꝓcedentiū. ⁊ q⁹ actio imediate cauſat⁹ a qualitate q⁹ ꝓcedit a ſubſtātia mediante naturali potētia: ⁊ paſſio imediate cauſat⁹ ab actione: ideo conueniēter auctor poſt qualitatē ⁊ ante paſſionē determinat de actione: ipſam primo ſic diffiniēs. Actio eſt ſm quā in id qđ ſubiicit agere dicimur: vt ſm ſectionē dicimur ſecare: et ðr ſm quā agere dicimur: ita q⁹ ſm dicit circūſtantiā cauſe formalis ⁊ nō cauſe efficiētis q⁹ ſm qualitatē vel formā ſubſtantialē bñ dicimur agere effectiue. ⁊ debet intelligi dicimur ſcz nos ſubſtātie ⁊ nō ſolū nos boies in ſpecie dicimur agere. ⁊ licet actio ⁊ agere realiter idē ſint ſicut qualitas ⁊ quale: tñ differūt ſicut abſtractū ⁊ ꝛ̄cretū. ideo actio diffinit⁹ p agere tā q̄ per ſuū effectū nobis notiorē ipſa actione. vltimo ponit⁹ in id qđ ſubiicit. i. in ipſum patiens. actio eñ agentis ſ̄p fit ī patiēs diſpoſitū.

Secundo ſciendū eſt q⁹ actio dupliciter accipit. Uno modo ſpecialiter vt diſtinguit contra factionē a qua

differt hoc modo: q actio importat actionez que nō trāsit in rē operatā: sicut est equitare: nauigare: intelligere. sz factio noīat operationem que trāsit in rem operatā vbi scilz preter operationē est res operata: vt sunt domificatio: frenefactio rē. Alio modo accipit actio generaliter vt se extendit ad actionē t factionem ppie captā. t isto mō sumit in hac diffinitiōe

Tertio sciendū est q ppie ppriū ē actiom ex se inferre passionē. t rō ē q actio est, pcessus virtutis agētis p effectuz ab agente in patiēs: vt calefactio q̄ fit ab agente est, pcessus caloris ignis p suū effectū in id qđ calefit. passio vero est receptio forme, pcedentis ab agēte in patiēs: vt receptio caloris in id qđ calefit vocat passio, sz talis receptio causat a fluxu forme ab agēte: ergo conuenit actiom ex se inferre passionē. t q: hoc cōuenit oī actioni t solt t semp: ideo dr sibi ppie, ppriū. licet qualitas aliqua inferat passionē: hoc tñ nō ē ex sepsa immediate sz mediante actione

Quarto sciendū est q ipsius actionis t etiā passionis sunt due cōitates quarū pma est q actio t passio recipiūt ptrarietatē. ratio est q: alique actiones immediate causant a qualitatibus ptrarijs t etiā immediate causant qualitates ptrarias: vt calefacere t frigefacere immediate causant a calore t frigore t immediate causant caliditatē t frigiditatem. ergo alique actiones inter se ptrariant. et eadē rōne alique passiones: vt calefieri t frigefieri. Alia cōitas est q actio t passio suscipiūt magis t minus. Ratio est q: alique actiones t passiones causant a qualitatibus que in agēdo quādoq; intendūtur t remittūtur: nō actiones que fiūt ex ipsis t etiā passiones intendūtur t remittūtur: vt calefacere intēdit p intensionē caloris calefacientis. Et dicunt bene iste due cōitates q: nulla illarū conuenit oī actioni vel passioni nec etiā soli cū cōueniat primo aliquibus qualitatibus. sz in istis cōitatib⁹ cōuenīt multe species actionis t passionis.

Sed contra p̄dicta arguit. Prio sic. Sm securim dicimur agere in id qđ secat. t tñ securis nō est actio. ergo ista diffinitio conuenit alijs a diffinito

¶ Secūdo sic. creatio est actio t tñ nō fit i id qđ subijcit: q: in creatione nihil p̄supponitur tanq̄ subiectū: sed res Sm se tota simul, pducit ergo male dr q actio fit in id quod subijcitur.

¶ Tertio sic. ofie p̄cessiū p̄cedit p̄cipiatum sed actio nō p̄cedit passionē cū simul fiat actio t passio vt calefacere t calefieri. ergo nō cōuenit actioni ex se inferre passionē.

¶ Quarto sic. ptraria sunt forme actiue t passiue inter se sed due actiones numq̄ sunt actiue q: si sic mediante actione agerent t sic actiom cōuenirent alia actio t esset, pcessus in infinitū qđ est inconueniēs. ergo actio nō habet ptrariū.

¶ Quinto sic. nulla forma simplex suscipit magis t minus cū forma sit cōpositioni pringens simplicit t inuariabili essentia p̄sistens. illud etiā qđ ē inuariabile nō intēdit nec remittit: sz omnis actio t etiā passio ē forma simplex. ergo actio t passio nō suscipiunt magis t minus.

Ad argumenta in oppositum. Ad p̄mū dr q licet Sm securim dicamur agere effectiue t instrumēraliter: nō tñ formaliter sicut de actione intelligitur.

¶ Ad secundū dr q sz creatio sit actio Sm modū nō tñ est actio Sm rem que sit de p̄dicamēto actionis eo q̄ ipsa nō est accidens a creatura distinctū: nec est eius limitatū ad aliqđ certū genus sicut nec pma causa. eboc intelligēdo de creatione actiua: q: creatio passiua est accidens creature t in genere relatiōis

¶ Ad tertiū dr q sz actio sit simul tēpore cum passione: tñ actio Sm naturā p̄cedit passionem q: causa Sm naturā p̄cedit effectū.

¶ Ad quartum dr q licet ptraria que primo t per se ptrariantur sint forme actiue t passiue vt sunt qualitates ptrarie: nō tñ oportet de bis que soluz ex p̄sequēti ptrariant t per aliud. t hoc modo solū actiones ptrariant sz per qualitates q̄s inferūt vel a quibus inferūtur.

¶ Ad quintū dr q sz oīs forma sit inuariabilis Sm suā essentiā t in abstracto: t sic nō suscipit magis t minus tamē aliqua est variabilis Sm esse in subiecto vt denominatur in concreto. t hoc modo actio et passio suscipiunt magis t minus.

Actio ē effect⁹ illatio⁹ actionis: vt calefieri inferē t efficit ex calefacere. Propriū ät passiōis ē prio inferri ex actione Itē passio nō ē i agēte sz i patiente. De reliq̄s bo q̄ pri⁹ dicta sūt modo sufficiāt Que sequūtur de alijs quattuor p̄dicamētis nō sūt data a petro hyspāo:

¶ Postq̄ auctor determinauit de actione que est causa passionis, hic consequenter determinat de passione que est effectus propinquus actionis: ipsam primo sic diffiniens. Passio est effectus illationis actionis: vt calefieri efficit t infertur a calefacere. In qua diffinitione ponitur effectus loco generis, effectus enī cōuenit generaliter omnibus entibus creatis que ponuntur in predicamento. Deinde ponitur illatio ad differentiam effectus permanētis que solum non habet esse in fieri sicut ipsa passio: sed etiam in facto esse. Deinde ponitur actionis ad differentiam ipsius actionis que licz sit effectus t illatio respectu qualitatis a qua causatur: non tamen respectu actionis.

Primo sciendum est q in cōmuni duplex est effectus, quidam est effectus permanens qui non solū habet esse in fieri sed etiā in facto esse vt sunt domus t scāmum. Alius est effectus successiuus qui solum habet esse in fieri t numq̄ in facto esse vt equitatio vel nauigatio. Effectus autē generaliter dicitur tam de effectu permanente q̄ successiuo. Illatio vero solum dicitur de effectu successiuo qui solum habet esse in-fieri t in quadā illatione Sm q̄ inferitur ab alio. t ideo effectus est quoddam superius ad illationem: ratione cuius in hac diffinitione effectus bene p̄ponitur illationi tanq̄ superius eius. subiungitur illatio tanq̄ inferius eius contrahens ipsum.

Secundo sciendum est q passio pluribus modis accipitur.

Uno modo accipitur pro accidente proprio alicuius subiecti vt risibile dicitur propria passio hominis t hinnibile equi. Secundo modo accipitur pro cōceptu anime vel effectu: vt dicitur q voces sunt note vel signa passionum que sunt in anima id est conceptuum vel effectuum anime. Tertio modo accipitur pro motu appetitus sensitiui: vt sunt passiones ire vl timoris vel gaudij: vt dicitur. iij ethicorum q fortitudo moderat passiones timoris t audacie. Quarto modo pro dolore vel pena que alicui violenter infertur vt fiat passio xpi. Quinto modo sumitur p qualitate sensibili qui habet esse imperfectū t est inferēs passionē sensibus vel illata ab aliqua naturali passione: t sic est vna species qualitatis. Sexto modo sumit put est immediat⁹ effect⁹ actōis: vt est susceptio forme ab agēte i patiēs: t b vltio mō diffinit b passio. t ē vnū p̄dicamētū ab alijs distinctū.

Tertio sciendus est q ipsius passionis bic assignant due ppietates. quarū prima est q ppriū est passioni inferri ex actione. Ratio est q: passio est susceptio forme ab agēte in patiēs: t talis susceptio immediate infertur per actionē agentis. t hoc est ppie ppriū ipsi passioni. Secūda ppietas est q passio nō est in agēte subiectiue sz in patiēte. Cuius ratio est q: susceptio forme que fit p actionem agētis causat in patiēte qđ subijcit actioni. ergo passio que noīat talē susceptionē est in patiēte subiectiue. t q: accidēs bz p̄dicari de noīatiue de subiecto in quo est: rideo passio predicatur de patiēte in boc q̄ est aliquo modo se habere ad ipsum agens: q: denoīat ipsum patiēs: t nō denoīat ipsum agens pati quare nō est in eo subiectiue.

Quarto sciendū est q passio de qua ē ad ppositū dupliciter accipit

Uno modo materialit, p forma fluēte ab agēte in patiēs. Alio modo formaliter, p receptione illius forme: vt cū peregrinus calefit ibi est calor fluēs ab igne in peregrinū: t ibi est receptio caloris in peregrino q̄ est passio formalit accepta. t vtroq; modo passio est in patiēte vt in subiecto. Et similiter actio vno modo accipitur materialiter, p illa forma q̄ fluit ab agente in patiēs: t sic est in patiēte subiectiue. Alio modo capit formaliter pro tali fluxu forme ab agente: t sic est subiectiue in agente t nō in patiente. Et rō est q: oē illud in quo est actio formaliter accepta dr agere: sz patiēs nō dr agere. g̃ nō est actio formaliter accepta. si enī esset in patiente patiēs diceret in agere qđ est falsz. t sic patet qđ sit passio t de, ppietatib⁹ ei⁹

Sed contra p̄dicta arguit. Prio sic. nullū Sm̄ p̄cipium est effectus alteri⁹. sz decē p̄dicamēta sūt decē p̄incipia primaꝝ rerū. g̃ passio cū sit vnū p̄dicamētū ē vnū Sm̄ p̄incipū. g̃ nō ē effect⁹

¶ Secūdo sic, effectus t illatio idē sunt. ergo sup fluę ponit vnū illorum in ista diffinitione.

¶ Tertio sic. Eoz q̄ sunt idē realiter vnū nō est causa alterius. sz actio t passio realiter idez sunt cū vtrūq; sit forma fluēs ab agēte in patiens que est eadē realiter. ergo passio nō est effectus actionis.

¶ Quarto sic. Oīe ppriū cōsequitur esse cōplerū sui subiecti. sz inferri ex actione nō p̄sequitur esse cōpletū passionis cū sit p̄ductio eius. ergo inferri ex actione nō est ppriū passionis.

¶ Quinto sic. In oī illo qđ patitur est passio subiectiue: sed oīe agēs physicum in agendo repatitur. ergo in tali agēte est passio subiectiue t non solum in patiente.

Ad argumenta in oppositum Ad primuz dr

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝙ licet passio sit ꝑmū principiū ī gñe cause formalis suoꝝ dicibiliū siue coordinationis. ⁊ in tali gñe cause nō possit esse effectus alicuius principij priꝰ. tñ in gñe cause efficētis bñ potest esse effectꝰ actionis ⁊ substātie. cū enī ꝓdicamenta dicātur ꝑma principia rerū que nō habēt aliquid ante se: solū intelligitur de principijs formalibꝰ. ¶ Ad secūdū dr ꝙ licet effectꝰ ⁊ illatio dicāt idem ſm essentiā. tamen differūt ſm modos essendi sicut superꝰ ⁊ inferꝰ. ⁊ vnū illoꝝ cōtrahit aliud: quare nullū illoꝝ superfluit. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ licet actio ⁊ passio materialiter accepte ꝑ forma fluente ab agente in passum realiter idē sunt. tamē si sumātur formaliter ſcz actio ꝑ fluxu forme ab agēte. ⁊ passio ꝑ receptione eiꝰ in patiēte: sic realiter distinguūtur qz in diuersis subiectis sūt: ⁊ sic vnū bene pōt cē effectꝰ alterius. ¶ Ad quartū dr ꝙ ly inferri ex actione non sequat ſm rem esse completū passionis: sequit tamē ipm ſm rationem ⁊ nostrū modū intelligēdi eo modo quo ē passio eius. quia nō ē passio realiter distincta a suo subiecto sed ratione tantū. ¶ Ad quintū dr ꝙ licet mobile agēte pbisico ea ꝑte qua patitur sit passio vt in subiecto. nō tamē ea ꝑte qua agit. ideo passio non est in eo vt agens. sed vt ipsum ſm aliud est patiēs. Unde tale agēs rōne fue forme agit: ⁊ rōne materie sue in qua coīcat cū patiēte patit. ⁊ sic ſm diuersa agit ⁊ patitur.

Quādo est qđ ex adiacētia tēporis in re tēporali dereliquit: vt hodie esse. cras fore. Itē duplex est quādo ſcz simplex ⁊ cōpositū: sicut duplex est tēpus. Itē tres sunt ꝓprietates quādo. Prīa ē ꝙ qñ nō suscipit magis neꝝ minus. Scōa est ꝙ quādo nihil est ꝓtrariū. Tertia est ꝙ quādo est in omni illo qđ incipit esse in tempore.

¶ Postq̄ auctor determīauit de actione ⁊ passione. hic cōsequēter determinādū est de quatuor ꝓdicamentis vltimis: de quib⁹ aut nullam aut paruā fecit auctor mentionē. Et primo de quādo: qđ ab auctore sex principioꝝ sic diffiniꝰ. Quādo est qđ ex adiacētia tēporis relinq̄t in re tēporali. In qua diffinitione datur intelligi accidēs ꝓ gñe diffiniri per illud relatiuū quod. Deinde ponit relinq̄tur ex adiacentia tēporis: ad explicādū causā ꝓpinquā ipsi⁹ quādo que est tēpus. Quādo enī est cē in tēpore. sed cē in tēpore relinq̄tur immediate ꝑ adiacētiā temporis in re tēporali. Et ꝑ hoc differt quādo ab oīb⁹ alijs accidētib⁹: quoꝝ nullū ī mediate causatur a tēpore. Deinde ponit in re tēporali ad explicandū proprium subiectū ipsius quādo. Et in hac diffinitione capitur tēpus nō solū ꝑ mēsura durationis rerū tēporaliū: sed gñaliter ꝑ omni mēsura durationis esse rei: vt sub se contineat eternitatē. euiternitatē: ⁊ tēp⁹, ꝓprie dictū

Primo sciendū est ꝙ tēp⁹ ⁊ quādo licet inter se multū cōueniāt i hoc ꝙ vtrūq̄ est successiuū ⁊ vnū immediate est causa alterius: tamē ab inuicē realiter distinguūtur. qua ois causa efficiēs extrinseca realiter distinguitur a suo effectu. tēp⁹ aūt est causa efficiens extrinseca respectu quādo: ergo ab ipō realiter distinguit. Unde differūt inter se ī duob⁹. Primo quia tēpus est in motu primi mobilis vt in subiecto: quādo vero est subiective in re tēporali que ꝑ tēpus mēsurat. Secūdo differūt. quia tēpus est accidēs absolutū ⁊ mensurat durationē rei. sed quādo nō est mensura durationis: ſz est accidēs respectiuū qđ relinq̄tur in re tēporali ꝑ respectū ad mensurā siue durationis que est temp⁹. nō tamē est respectiuū ſm ē sed ſm dici: quia totū esse eius non est ad aliud cū quo ꝓprie dicatur ad cōuertētiā.

Secundo sciendū est ꝙ quādo tripliciter accipit. Uno modo interrogatiue. vt si querat quercēdo quādo venit Petrus. Alio modo relatiue. vt dicēdo sortes venit quādo fuit meridies. Et bis duobus modis quādo est sincathegoreuma: quia ꝓprie nō significat ens sed est mod⁹ entis. ideo istis duob⁹ modis nō ponit in ꝓdicamēto nec est ꝓdicamētū. Tertio modo capit indefinite vt tātū valet sicut aliquādo vel esse in aliquo tēpore: ⁊ hoc modo dicat ens reale: ⁊ sic capitur hic et est vnū ꝓdicamentū. cuiꝰ gña subalterna sūt esse fuisse ⁊ fore ī tēpore. ⁊ spēs spēalissime sūt fuisse in hora vel cē in die vel cē in nūc. Et indiuidua sunt cē in ista hora vel in illa die vel in illo nūc. Et eius modus ꝓdicādi est predicari de prima subiūcta in hoc qđ est cē in tempore.

Tertio sciendū est ꝙ quando diuiditur per quando simplex: et quando compositum. Quando simplex est quod causatur a tempore simplici: vt ab instanti vel a nūc vel a tēpore idiuisibili quo ad nos vt esse nūc. Sed qñ cōpositū est qđ causat a tēpore cōpositō: vt est fuisse in ꝓterito fore in futuro esse in ꝑsenti. Et licet iste tres species ſcz esse in ꝑsenti: fuisse in ꝓterito: ⁊ fore in futuro nō causent in re eterna ab eternitate eo ꝙ in eterno nō est ꝓteritū neꝝ futurū ſz omia sunt simul ⁊ nihil acq̄ritur de nouo vel deperdit. tñ ipsi eterno per relationē ad tēpus ⁊ quo ad existentiā eiꝰ cū tēpore attribuit esse fuisse ⁊ fore: vt dicēdo deus est fuit ⁊ erit. tñ vt attribuit eterno non sunt accidētia realiter distincta ab eo q̄ reponant in aliquo ꝓdicamēto. ſz solū ostendi⁹ modꝰ ꝓdicādi huius ꝓdicamēti. ſz ab eternitate bñ causat qñ repōnibile ī isto ꝓdicamēto. ⁊ ꝑ hoc patet q̄ sint, species ꝑ quas diuiditur quando.

Quarto sciendū est ꝙ ipsius quando sunt due ꝓprietates. Prima ē ꝙ quādo nō habet ꝓtrariū. Cuius rō est qz si haberet ꝓtrariū maxime conueniret ꝓterito ⁊ futuro: sed hoc nō pōt dici qz quādo ꝑsens ꝓteritum ⁊ futurū simul verificant de eodē: vt dicēdo. iste est fuit vel erit. ꝓtraria vero de eodē nū q̄ simul verificant. Secūda, ꝓprietas est ꝙ qñ nō suscipit magis ⁊ minus. Cuius rō est quia quādo immediate causat a tēpore ⁊ dicit esse ī tēpore: ſz tēpus nō suscipit magis ⁊ min⁹: ergo neꝝ qñ. Et ꝑ hoc patet qđ sit qñ ⁊ quō est ꝓdicamentū ⁊ que sunt species ⁊ ꝓprietates eius.

Sed contra ꝓdicta arguit. Primo sic. Iuuentus ⁊ senectus ex adiacētia tēporis in re tēporali relinquūtur. ⁊ tñ senectus nō est quādo ſz est qualitas de secūda specie qualitatis. ergo ista diffinitio quādo conuenit alijs a diffinito. ¶ Secūdo sic. sicut se habēt esse albū ⁊ albedo ita esse ī tēpore ⁊ tēpus. ſz albū ⁊ albedo realiter idē sunt ergo esse in tēpore siue quādo ⁊ tēpus idē sunt realiter. ergo quādo nō est ꝓdicamentū a tempore distinctū ſz ꝓtinetur sub quātitate ¶ Tertio sic. nullū est tēpus simplex cū tēpus diuisibile sit in plures partes. ergo nullū quādo causatur a tēpore simplici: ⁊ sic nullū est quando simplex. ¶ Quarto sic. quādo ꝓteritū ⁊ quando futurū maxime distāt ⁊ eidē suscipibili vicissim insunt ⁊ ab eodē mutuo se expellūt: ergo idē nō pōt simul esse ꝓteritū ⁊ futurum. ergo quādo habet ꝓtrariū. ¶ Quinto sic. fuisse ī tēpore dicit quādo: ⁊ tñ suscipit magis ⁊ minus qz aliquid dicitur magis vel minus fuisse in tēpore. ergo quando suscipit magis ⁊ minus.

Ad argumenta in oppositum Ad primū dr

ꝙ si capiatur senectus vt dicit naturalē impotentiā que causatur ꝑ longā trāsmutationem que fit sub motu ⁊ tēpore: ⁊ ertā inuētus vt dicit naturalē potentiā hoc modo sunt qualitates de secūda specie qualitatis ⁊ nō relinquuntur īmediate ⁊ per se ex adiacētia tēporis ſz ꝑ alterationē q̄ sub tēpore causat. ſz si capiātur vt dicūt diu fuisse in tēpore vel parū sic aliquo modo importāt quādo: ⁊ hoc nō est significatum ꝓncipale eoꝝ: ⁊ eo modo quo dicūt quando relinquūtur ex adiacētia tēporis in re tēporali. ¶ Ad secundū dr ꝙ ſz albedo ⁊ esse, albū ⁊ tēp⁹ ⁊ esse in tēpore habeant similitudinem aliquo modo in denomīatione: qz sicut albū dicat ab albedine ita quādo dicat a tēpore tñ dissimile est in hoc qz tēpus nō dat intrinsece ⁊ formaliter esse in tēpore: qz nō semp est in eodē subiecto cū esse ī tēpore: sicut albedo dat intrinsece ⁊ formaliter esse albū. ¶ Ad tertiū dr ꝙ ſz tēpus qđ importat esse ⁊ essentiā tēporis sit diuisibile. tñ si capiat generaliter tēpus ꝑ illo qđ dicat essentiā ꝓpis sic aliqđ tēps dr indiuisibile sicut est ipsum nūc. ¶ Ad quartū dr ꝙ ſz in eodē mō nō sint simul in actu ꝓteritus ⁊ futurū: tñ ſm denoīationē quādo ꝓteritus ⁊ quādo futurū bene possūt dici de eodē simul vt ꝓius dictū est. ⁊ ꝙ ſm actū se expellūt, ab eodem hoc est, ꝓpter successionē ipsoꝝ ⁊ nō ꝓpter ꝓtrarietatē vel repugnātiā quā habēt. ¶ Ad quintū dr ꝙ ſz aliqđ dicat magis ⁊ minus fuisse in tēpore ſm extēsionē nō tñ ſm intēsionem ideo quādo ꝑ hoc non suscipit magis ⁊ minꝰ.

Vbi est circumscriptio coꝝ ponis locati a loci circumscriptione prędēs vt in ecclesia esse. in foro esse. Et diuidit vbi qz quoddā est vbi simplex ⁊ est illud qđ a simplici loco prędit vt est locus pūctoꝝ. Et qđdaz est vbi cōpositū ⁊ est illud qđ a loco cōposito prędit. Proprietates vbi sunt due. Prima est ꝙ vbi nihil est ꝓtrariū. Secūda est ꝙ vbi nō suscipit magis neꝝ minus. Huius est ꝙ vbi

nō suscipit intensionē ⁊ remissionem.

¶ Postꝫ auctor determinant de quando qđ quiēt ⁊ am substātijs corpeis ꝙ incorpeis. hic ꝓsequit determinat de ubi qđ, ꝓprie quiēt solum substantijs corpeis qđ a Hilberto porretano sic diffinit. Ubi est circūscriptio corpis a loci circūscriptione, ꝓcedēs. In qua diffinitōe ponitur circūscriptio loco generis: qz ipsa se habet p modū generis respectu ubi, deinde ponit corpis ad explicandū, ꝓpriā ſ. subiectā ipius ubi qđ est subiective i corpe locato: ⁊ p hoc differt a circūscriptione actiua loci, deinde ponitur a circūscriptione loci, ꝓcedēs. ad ostēdendū, ꝓpriā causam ⁊ ꝓpinquā ipius ubi q̄ est locus circūscribēs locatū. ⁊ p hoc differt ubi ab alijs ꝑdicamētis accidētiū quoꝝ nullū causat immediate a loci circūscriptione vt posset videri in ducendo in omnibus.

Primo sciendū est qꝫ triplex est circumscriptio. Quedā est circūscriptio actiua loci q̄ ē actio ipsius circūscribēntis locatū: q̄ ponit in ꝑdicamēto actionis. Secūda est circūscriptio siue circūdatio passiua que est passio corpis circūdati: q̄ ponit in ꝑdicamēto passionis. ⁊ q̄libet istārū duarū est ens successiuum ⁊ nō ꝓmanēs. Tertia est circūscriptio neutralis q̄ est esse circūdatum a loco ipsius locati seu esse circūscriptū a loco. ⁊ hec circūscriptio est ens ꝓmanens i locato ⁊ causat a circūscriptione actiua ⁊ passiua. ⁊ de tali circūscriptiōe intelligit in diffinitōe ubi. ⁊ p hoc etiā patet qꝫ substātie incorporee ⁊ etiā accidentia q̄ nō ꝓpe circūscribūtur in loco p se, sz p accidens, ꝓprie nō habent ubi: sed solum corpora que in loco circūscribuntur habent, ꝓpe ubi

Secundo sciendū est qꝫ locus locus ⁊ ubi magnā habeāt ꝓportionem: qz locus est causa ꝓpinqua ipsius ubi rōne cuius ponit in sua diffinitōe: tū ab imicē realiter distinguunt eo qꝫ locus est causa efficiēs extrinseca ipsius ubi: ⁊ talis causa semꝫ realit distinguit a suo effectu. vnde differūt ꝓmo locus ⁊ ubi ex parte sui subiecti: qz locus est subiectiue in locāte: ubi vero in corpe locato: vt cū lapis est in aqua superficies aque circūdātis lapidē que est locus eius est subiectiue in aqua circūdante. ⁊ esse circūdatū vel esse locatū qđ est ubi lapidis est subiectiue in lapide: qz de ipso affirmatiue ꝑdicat. Differūt secūdo qz locus est mēsura extrinseca locati: ubi vero est accidens respectiuū locati qđ dicit respectū ad talem mensurā: qz ꝓprie ubi nō est aliꝺ qꝫ esse in loco vel cōmēsurari i loco. ⁊ p hoc patet tertia differētia qꝫ locus est ens absolutū ⁊ ubi est ens

Tertio respectiuum.

sciendū est qꝫ ubi diuidit p ubi cōpositū ⁊ ubi simplex. Ubi cōpositū est esse locatū vel esse mensuratū loco cōposito vel circūscriptū: ⁊ sic solū causat a loco cōpositō. Sed ubi simplex est qđ causat a loco simplici: ⁊ est locus simplex aliqđ indiuisibile loci correspōdens indiuisibili sui locati. Et dicit tale ubi p similitudinē ad ubi cōpositū: qz sicut totū locatum circūscribit adequate a loco ⁊ habz ꝓportionē ad ipsum: sic etiā qđlibet indiuisibile locati habet ꝓportionē ad indiuisibile loci sicut centrū locati ad centrū loci: licet tū vnū non circūdet ꝓprie ab alio nec realiter distinguat ab ipso: rōne cuius dicat textus qꝫ idē sunt pūctus ⁊ punctus locus. ideo ubi simplex nō est ꝓprie ubi sed p similitudinē solū ad ubi cōpositum. ⁊ qz ubi cōpositū causat a loco q̄ diuidit per locū sursum ⁊ deorsum. ante ⁊ retro. dextrū ⁊ sinistrū. ideo ubi cōpositū diuidit p ubi sursum qđ est esse sursum: ⁊ ubi deorsum ⁊ sic de alijs. et p hoc patz, q̄ sūt genera subalterna ⁊ spēs ubi

Quarto sciendū est qꝫ ipsius ubi due sunt ꝓprietates. Prima est qꝫ ubi nō habet ꝓtrariū. Cuius ratio est qz ubi causat immediate a loco qz est esse circūscriptum a loco. sed locus cū sit quātitas nō habet ꝓtrarium: ergo cadē rōne nec ubi. Unde si ubi sursum ⁊ ubi deorsum ꝓtraria sint: cū idē dicatur sursum ⁊ deorsum respectu diuersoꝝ: sequēt qꝫ duo ꝓtraria simul verificarent de eodē qđ est impossibile. Secūda ꝓprietas est qꝫ ubi nō suscipit magis neqꝫ minus. Cuius rō est qz ubi est esse in loco: sed esse in loco nō intendit nec remittit sz possit augmētari p maiorē extēsionē loci ⁊ locati. q̄ ubi nō suscipit magis ⁊ minus p se, habet diffinitio ubi spēs ⁊ ꝓpietates eius.

Sed contra ꝑdicta arguit. Primo sic. circumscriptio est actio cū circūscribere sit agere. sz ubi nō est actio: ergo nō est circūscriptio. ¶ Secundo sic. aīa a corpe separata habet ubi qz est in aliquo loco: ⁊ tū in ea non est circūscriptio corpis. ergo ubi nō est circūscriptio corpis. ¶ Tertio sic. ubi est sincategoreuma ⁊ solū significat modum entis. ergo male hic diffinit tanqꝫ vnum ꝑdicamentū qđ debet esse ens reale. ¶ Quarto sic. omne ubi est circūscriptio corpis. sed ubi simplex nō est circūscriptio corpis: ergo nō cō

tinetur sub q̄ne ubi. ⁊ sic ubi male diuidit ꝑ ubi simplex ⁊ cōpositū. ¶ Quinto arguit sic. oīs motus fit de ꝓtrario in ꝓtrariū. sz de vno ubi ad aliud fit motus. ergo ubi habet ꝓtrarium.

Ad argumenta in oppositum.

Quarto sciendū est q̄ lz ista diuisio sit quadrimēbris: tamen pōt reduci ad bimēbrē. Nā oīs dictio ampliativa est pars declinabilis vel indeclinabilis. Si primū hoc ē dupl'r. vel significat substātiā: sic ē ꝓmū mēbrū. Vel significat actū ⁊ hoc dupl'r. vel actū distantē a substātia: ⁊ sic est verbū. vel mediatē: ⁊ sic ē ꝓticipiū. si secōm: sic est aduerbiū. Sufficientia alteri⁹ diuisionis ē ista. q̄ cū oīs ampliatio sit extēsio termini. vel ergo extēdit ipm in ordine ad suppositā: ⁊ sic ē ꝓmū mēbrū vel in ordine ad tēpus illoꝝ: ⁊ sic est secōm. Ex hoc ꝓz q̄ ampliatio facta respectu tpis differt ab illa q̄ ē respectu suppositoꝝ. apparet etiā q̄ dictio āpliativa aliter se habet ꝓm q̄ ampliat ꝓ suppositis ⁊ ꝓm q̄ ampliat ꝓ pte: quia ī vna respicit suppositā ⁊ in alia tempus.

Sed contra predicta arguitur. Primo sic. Ampliatio fit respectu tpis. sed nomē nō significat tēpus. ergo nulla āpliatio fit ꝓ nomē. ¶ Secōo sic. Dē ꝓticipiū est determiati tēporis: puta pūtis ꝓteriti vel futuri. ergo nullū ꝓticipiū ampliat sed potiꝰ restringit. ꝓ ia tenet. quia ampliare fit respectu plurū tēporū. ¶ Tertio sic. Eadē est cā oppositoꝝ. sed aduerbiū nō est cā restrictionis ergo videt q̄ nō sit cā ampliationis. ¶ Quarto sic. Termin⁹ cōis nō includit tempus. ergo nō pōt ampliare ꝓ tpe sed solū pro suppositis. ¶ Quinto sic. Illa diuisio nō datur ꝓ oppositis nec est bimēbris. ergo nō est bona diuisio.

Ad argumenta in oppositum. Ad p̄mū dr: q̄ nō oīs ampliatio fit respectu tēporis: sed q̄dā fit a virtute ampliativa dictionis sibi collata a sua impositione: ⁊ sic de ampliatione nominis que solū est extensio suppositoꝝ ⁊ nō temporis. ¶ Ad secūdū dicit q̄ licet participiū sit alicuius determinati tēporis: tamē habet aliquam virtutē per quā ampliat vltra tempus presens ¶ Ad tertium dr q̄ nō oīs causa est cā oppositoꝝ sed solū quedā: ⁊ sic nō oportet q̄ si aduerbium nō restringat q̄ ꝓpter hoc non ampliet. ¶ Ad quartū dr: q̄ licet tēpus nō includat in termino cōmuni: tamē inseq̄tur ipm grā suoꝝ suppositoꝝ. ratione cuius ibi potest esse āpliatio tēporis sicut suppositoꝝ ex hoc q̄ illa suppositā nō solū habent potētiā ad esse ēdū in vno tēpore sed etiam in pluribus ¶ Ad q̄ntū dicit q̄ licet illa diuisio nō detur per opposita formaliter nec sit bimēbris: tamen datur per opposita virtualiter ⁊ est reducibilis ad bimēbrē. ⁊ hoc suff. cit ad bonā diuisionem.

Circa predicta querit vtrum hoc sophisma. impossibile pōt

esse verū. sit verū vel falsū. q̄ sit verū p̄batur. quia illud quod ē vel erit impossibile pōt cē verū. sed antix̄p̄z nō fuisse post tē pus suū est impossibile: et modo potest esse possibile ꝛ verum. ergo impossibile pōt esse verū. Cōtra. Quicqd pōt esse verū ē possibile. sed impossibile pōt cē possibile. ergo ipossibile ē possibile. m tertio modo prime figure. sed ꝯclusio est falsa: ergo aliqua premissarū. non maior. ergo minor. sed hec est prima. ergo prima ē falsa. Solutio. prima simpliciter est falsa hec sc licet. impossibile potest esse verū. Et sophisma peccat contra fallaciā accidentis. quia cū dico id quod est vel erit impossibile duo dico. scz subiectū illius impossibilitatis: et illā impossibilitatē siue ipsū possibile. sed illud qđ ē vel erit ē res subiecta. ꝛ impossibile accidit ei. ꝛ posse eē verū assignat ineſſe vtriqz. sicut hec. antix̄p̄m nō fuisse erit possibile. sed antix̄p̄m nō fuisse potest esse verū. ergo impossibile pōt esse verū. Nō valet. quia antix̄p̄z nō fuisse ē res subiecta ꝛ impossibile ē accidens: ꝛ posse esse verū assignat ineſſe vtriqz.

De amplatione que fit ratione suppositoꝝ talis dat regula Termin⁹ cōis supponēs verbo habēti vim āp̄liandi a se vel ab alio ampliat ad ea que possūt esse sub forma termini supponētis: vt homo potest esse aīal. hic iste termin⁹ homo nō solum supponit pro presētib⁹ sed etiam ampliat ad omnes qui erunt. Dico aūt de se. quia hoc verbū potest de se habet vim ampliādi. dico aūt ab alio. quia hoc ptcipiū potēs ꝛ hoc nomē possibile dāt virtutē ampliandi verbo cui adiūgūtur: vt homo est potēs esse aīal. vel aīal possibile ē esse albū. ꝛ sic de alijs. De amplatione aūt que fit ratione tēporis talis datur regula. Terminus cōis supponens vel apponēs verbo habēti vim ampliandi quo ad tēpus supponit p his qui sunt qui erunt vel q̄ fuerunt: vt homo necessario ē animal. ibi tam homo q̄ animal tenetur pro his qui sunt et qui erunt. Et hec de ampliationibus dicta sufficiant.

¶ Post⁹ auctor ponit divisionez āp̄liationis in p̄cedēti pte. hic p̄fir intra verbū ampliatiuū potest pom quoddā sophisma querendo vtrum illud sophisma. impossibile potest esse verū. sit verū vel falsū. Et p̄mo arbat q̄ sit verū. Sc̄do improbat ipm. Probat sic. illud qđ est vel erit impossibile potest cē verū. ergo impossibile pōt esse verū. Cōtra patet. quia Sortē nō fuisse rome post. p̄ fuerit ē impossibile. ꝛ nūc pōt esse verū. ergo. Improbat arguēdo in oārij. Quicqd potest esse verū est impossibile. sz impossibile pōt esse verū. ergo impossibile est possibile.

Primo sciēdum ē q̄ sophisma ē argumēto vel argumētis approbata vel improbata, ppō. Unde, pbatio est argumentū quo quis nititur ostēdere aliquā ppōnem esse verā. Et p oppositū improbatio ē argumentū quo nititur ostēdere aliquā ppōnem esse falsā. Et sic sophisma est ppō apparēs vera quo ad vrāqz p̄tem. ꝛ hoc, ppter, pbationē ꝛ improbationē. Et dicat sophisma a sophos qđ est sapientia. siue a sophistico cas. qđ idē ē quod decipio decipis decipere. quia p sophisma opponēs mittitur decipere respondētē p sapientiā in eo apparentē. Et quo apparet q̄ licet sophisma sit quādoqz verū: potest tamen decipere, ppter apparentē eius falsitatem.

Secūdo sciēdū est q̄ omne sophisma solui aliquo istoꝝ triū mōꝝ sez cōcedēdo ipm simpliciter verū. vel simpliciter falsū. vel negādo vel distinguēdo. unde illud sophisma solut auct⁹: i tertio negādo simpliciter: quia simplr est falsū. Et ei⁹ pbationez solut dicēdo q̄ peccat penes fallaciā accidētis quia cū dicit. id qđ ē vel erit impossibile pōt cē verū. ibi duo dicūtur: sez illud qđ est impossibile. ꝛ ipa impossibilitas. ꝛ q: ipa impossibilitas accidit rei subiecte que ē illud qđ est vel erit impossibile. ꝛ pōt esse verū assignat vtriqz ineſſe. ꝛ tōo credit q̄ sicut verū attribuit rei subiecte ppter ei⁹ cōuenientiā q̄ etiā attribuat accidenti vnde illud qđ est vel erit impossibile ē res subiecta. ꝛ impossibile ē accidēs. ꝛ pōt cē verū ē attribuū. ꝛ tōo, pbatio nō includit.

Tertio sciendū est q̄ ad maiorē notitiā predictoꝝ habendam auctor ponit duas regulas. Quarū p̄ma est de ampliatione facta respectu suppositoꝝ ꝛ alia ē de ampliatione facta respectu tēporis. Unde regula data de āp̄liatione respectu suppositoꝝ talis ē. Terminus cōis supponēs verbo habēti vim ampliandi a se vel ab alio ampliat ad ea que p̄nt cē sub forma termini sic supponētis. Et declarat istō in exēplo: vt dicēdo. hō pōt cē alb⁹. iste terminus homo nō solū supponit pro hoīb⁹ q̄ sunt sed etiā supponit pro hominibus qui erūt. Et notāter dicit a se propter verbū quod habet virtutē ampliandi: sicut est illud verbū potest. Et notāter dicitur ab alio propter hoc verbum ē. quia licet ampliet hoc tamē nō est per se sed, propter hoc qđ adiūgitur dictioni de se ampliatiē. Secūda regula est de ampliatione que fit respectu tēporū que talis ē. Terminus cōis supponēs verbo vel apponēs habēti vim ampliandi quo ad tēpus supponit p his qui fuit ꝛ qui sem per erūt sub forma termini supponentis. ꝛ ista ampliatio fit respectu tēporis: vt hō necessario est aīal. ibi tā homo q̄ aīal tenet, p his qui sem per fuit ꝛ sp erūt. Ista āp̄liatio nō p̄uenit ex proprietate verbi est vt dictū ē: sed, p̄uenit ex adiūctione huius aduerbij necessario āp̄liāris illud verbū est q̄tū ad oēs differētias tēp̄is. vnde aduerbium magis, p̄pe cāt āp̄liationē tēp̄m q̄ suppositorū.

Quarto sciēdū ē q̄ licet hec dictio possibile āp̄lier tā, p suppositis q̄ p tp̄ib⁹. rū p̄mo ampliat, p suppositis: ꝛ ex cōsequēti p tp̄ib⁹. sed ecōtra ē de necessario. Jdcirco in exēplo regule date respectu suppositorū ponit possibile. ꝛ in exēplo regule date respectu tēporis exēplificat de ista dictiōe necessario. que p̄mo ampliat, p tp̄ibus: ꝛ ex cōsequēti pro suppositis. Unde sub istis duob⁹ modis possibile ꝛ necessariū p̄p̄hēdūtur alij duo modi q̄ dicūtur cōtingēs ꝛ impossibile. Impossibile enim ampliat ad omne tp̄s sicut necessariū: licet negatiuē. cōtingēs aūt ad suppositā sicut possibile. Ex his pōt videri quō cōuenit dictionī ampliatiue āp̄liare. q: sicut agēs reale nō h̄ns impedimētū agit in omne illud ad qđ pōt extēdi sua virt⁹, sic etiā agēs rationis puta dictio ampliatiua nō h̄ns impedimētū agit in omne illud ad qđ pōt extēdi sua virt⁹, ꝛ ppter hoc hec dictio possibile vel potēs āp̄liat terminū cōem cui adiūgit ad p̄sentia suppositā ꝛ futura. quia habet virtutē āp̄liandi quo ad vtrā tp̄a.

Sed contra p̄dicta arguitur. Primo sic. Albū posse eē nigrū est impossibile: ꝛ tamen potest esse verū. quia res alba potest esse nigra. ergo impossibile potest esse verū. ¶ Secundo sic. Sortē videre omne astrū est impossibile cuz vnius sit circa vnū. ꝛ tamen potest esse verum. quia successiue potest vlla videre. ergo impossibile potest cē verum. ¶ Tertio sic. Termin⁹ cōis stans, p p̄sentibus suppositis ꝛ futuris restringit vt postea patebit in restrictionibus. ergo nō ampliatur. ¶ Quarto sic. Jsta dictio possibile nō tm āp̄liat, p suppositis sed etiā p tp̄ibus. ergo videtur q̄ male exemplificatur de ipsa in prima regula ¶ Quinto sic. Jmpossibile ꝛ contingens āp̄liant sicut necessariū ꝛ possibile. ergo debent poni regule de ip̄is sicut de alijs.

Ad argumenta in oppositum. Ad primū dicit̄ q illa est duplex: q albū t nigrum pñt capi dupliciť. Uno mō formaliť t tunc est impossibilis t f. lsa. alio mō materialiter t illo modo est possibilis t vera. t est sensus q aliqs bñs albedinē pōt suscipere nigredinē. ¶ Ad scōm dicit q est vera si ponat in esse eo modo quo est possibilis. s. successiue. sortes enī pōt videre omne astrum successiue t nō simul. ¶ Ad tertiū dicit q termin⁹ cōis distributiue stans p pñtibus vel futuris bene restringit: eo q ad veritatē disiunctiue sufficit alteram ptem esse veram siue sufficit veritas alteri⁹ ptis: sed termin⁹ cōis stās copulatiue p presentib⁹ t futuris bene ampliatur t sic est in ꝓposito ¶ Ad quartū dr̄ q lz ista dictio impossibile ampliet quo ad tpa. hoc tñ est ex cōsuetu. sed ḧmo t p se ampliat quo ad suppositā ¶ Ad ūltū dr̄ q impossibile t ꝓtingēs satis pñt intelligi sub possibili t necessario: sed potiꝰ auctor agit de istis duob⁹ modis necessarii t possibile q̄ de alijs: q̄ sunt affirmatiui et alij sunt negatiui. Et hec de ampliationibus dicta sufficiant.

Sequitur tractatus decimus de appellatione.

Appellatio est acceptio termini pro re existēte. Dico aūt p re existēte q terminus significās nō ens nō appellat. vt cesar vl̄ antichristus vel chimera et cetera. Differt aūt appellatio a significatione t suppositione. q appellatio est tm̄ de re existēte: sed suppositio t significatio sūt taz p re existēte q̄ p re nō existente: vt antixps significat antichristum t suppōit p antichristo lz nō appellat: hō cm̄ significat hominē t de natura sua supponit tam p existentib⁹ q̄ p nō existētibus hoibus. appellat autez tantū homines existentes.

¶ Iste est tractat⁹ decimus in quo postq̄ auctor determinauit de ãpliatione. hic p̄ir determinat de appellatiōe: t q ampliatio augmēratur t ꝑficit suppōem termi t appelatio diminuit quo dām modo: nō ꝺbus determinant de ampliatione q̄ de appellatiōe: t prius determinat de appellatione q̄ de restrictiōe. q appellatio ē magis intrinseca termio q̄ restrictio. q termin⁹ p se sumpt⁹ pōt appellare t non pōt restringi nisi superaddatur adiunctum. t sic patet ordo huius tractatus ad precedentem t sequentes

Primo sciendū est q appellatio vt sufficit ad ꝓpositū dicit̄ trib⁹ modis. vno mō dicitur appellatio vocatio siue pro prium nomen alicuius persone ſm quod dicit iste appellatur petrus. Secundo modo dicitur appellatio vt ē proprietas nominis sub quo nomine plura continentur. ſm quā aliqua nomia dicūtur appellativa. Tertio modo sumitur appellatio prout est acceptio termini pro supposito vel suppositis actu existentibus. t de hac est ꝓsens intentio.

Secundo sciendus est q appellatio vt sumitur i proposito sic diffinitur in textu. Appellatio est acceptio termini p:o re existente. t non dicitur communis, qua tam terminus cōmunis q̄ singularis appellant. vt patebit in diuisione appellationis q̄ diuisio est hec. Appellationū alia est terminū cōmunis. alia termini singularis. terminū cōmunis sicut hō. terminī singularis sic̄ sortes. Unde terminus cōmunis appellans t termin⁹ singularis differunt. q: terminus singularis vnū tantum appellat. terminus vero cōmunis plura ſm quod actu potest plura contmere. Et sic patet q alia est appellatio terminī communis. t alia terminī discreti: ratione cuius bene dictum est in diffinitione appellationis termini nō addendo cōmunis aut discreti. Et consequent auctor exponit in textu suam diffinitionem dicens quod terminus significans non ens sicut est id quod non est in actu non appellat vt cesar t antichristus. t etiā terminī significātes aliquid fictū sine aliquid in imaginatōe non spellāt vt chimera hircocerꝰ. t sic ptz q̄ soluz terminus significās rē actu existētem appellat

Tertio sciendum est q auctor postea ponit differentiam inter significationē. suppositionē: t appellationē. Quia appellatio ē acceptio termini p:o re existēte in actu t extra aīam. Suppositio vero t significatio sūt tā de re existente in natura q̄ de re existēte in aīa siue imagination: vt antixps significat antixp̄m t supponit p eo: sed nihil appellat. hō etiā significat id q̄ participat naturā humānā t naturaliter supponit tā. p homine existēte q̄ nō: sed nō appellat nisi hoiem existētē in actu. Alio mō differūt suppositio t appellatio. quia appellatio est inferius ad suppositionē. q: vbicūq; ē appellatio ibi ē suppō: et nō econuerso. nā appellatio solū inest termio vt dictū est q̄n tenet p supposito vel suppositis actu exñtib⁹: sed suppō pōt esse in termino q̄n tenet p suppositis actu vel potentia vel etiā in imaginatione. t suppositio pōt esse naturalis. accidētalis. discreta. cōis. simplex. t psonalis sed appellatio ē tm̄ termini supponētis psonaliter. Et sic patet q appellatio est inferius ad suppositionem.

Quarto sciēdū ē q dictionū quedā sūt appellatiue qualitatis t appellant sed p se appellata nō habēt: sicut sūt noīa cōia. t adiectiua sūt appellativa: sed nō habēt appellata nisi p sua substātiua t p sua subiecta. eo q̄ indumdnario nō ē in accidētib⁹ nisi p substātiā loquēdo, ꝓprie. Alie sūt dictiones que nō sūt appellatiue qualitatis sed sūt appellata in neutro genere: cuiusmodi sūt noīa ꝓpria. noīa enī ꝓpria dicūtur appellata. suppōsita t singularia diuersis rōibus. q: dicuntur appellata eo q̄ appellātur a suis supiorib⁹. Supiora enī dicuntur inferiorib⁹ p̄dicātur ſm vnū nomē t eandē rationē: vt sortes est hō. Et dicūtur suppōsita q: subijciūť suis supiorib⁹. Et dicūť singularia q: nominat aliqd discretū qd̄ vni soli conuenit. alie sūt dictiones appellatiue q̄ appellāt t q̄ p se appellata habēt sicut sūt noīa cōia substātiua: vt hō. aīal: t sic de alijs. t talib⁹ ꝓprie cōuenit appellatio. Et tales dictiones accipiūtur aliquādo p oīb⁹ suis suppositis. t hoc fit p adiūctū signi vlis: vt dicēdo. oīs hō currit. Aliqñ p aliquo suppositoꝝ determinate vt qñ eis nō additť aliqd qd̄ eas distribuat: vt homo currit.

Sed contra p̄dicta arguitur. Primo sic. Appellatio p tinet iuristis. ergo nō spectat ad logicū determinare de appellatione. ¶ Scōo sic. Appellatio est tantū terminī cōis. ergo cōis debet poni in diffinitione ei⁹. ¶ Tertio sic. Nulla ē appellatio terminī cōis. ergo ꝓtra diuisionē. Antecedēs patet. quia terminus cōis nō significat rem existentē cū existētia cōueniat singularibus. ¶ Quarto sic. Sortes mortu⁹ appellat hominē. ergo appellatio ē tā existētis q̄ nō existentis. ¶ Quinto sic. Sicut dicit text⁹. terminus significat idē supponit t appellat. sz significat rē nō exñtē. g̃ etiā appellat. p re nō exñte

Ad argumenta in oppositum. Ad ꝑmū dr̄ q aliter considerat appellatio a logico t aliter a iuristis. quia a iuristis cōsiderat mḡtū dicit vocationē quādā de inferiore iudice ad superiorē sicut cū ꝺs iudicat⁹ ab officiali appellat ad papā. sed a logico considerat vt dictū est. ¶ Ad scōm dr̄ q si capiat appellatio vt est ꝓprietas noīs que dicit qualitas: sic solū appellatio conuenit termino cōi. sed de tali nō est hic ad ꝓpositū. sed si capiat prout est acceptio termini pro re existēte. tūc cōuenit termino singulari t cōmuni: et sic capit hic. ¶ Ad tertiū dr̄ q lz res significata per terminū cōem ſm se t p se non existat: tamē existit in suis inferioribꝰ. t tūc talia singularia a noīe cōmuni appellantur: sicut homo appellat sortem t ciceronē. t sic de alijs singularib⁹ actu existētib⁹. ¶ Ad quartū dr̄ q licet sortes mortu⁹ abusiue appell. ē homo: tamē nō ē homo simplr̄. quia hō mortu⁹ non est homo. ideo nō potest appellari. ¶ Ad quintū dr̄ q auctor sic intelligit q̄ si res significata p terminū singularē existat tūc termin⁹ singularis idē significat. p eodē supponit t pro eodem appellat.

Appellationū autē alia est terminī cōmunis: vt hō. Alia terminī discreti vel singularis: vt sortes. Terminus singularis idē significat supponit t appellat scilicet rē existentē: vt petrus t iohānes. Itē appellationū terminī cōmunis. alia est terminī cōmunis p re in cōmuni. vt quando termin⁹ cōis simplex habet suppositionē: vt cū dicit̄. homo est species. animal ē genus. et tunc terminus idē supponit significat et appellat: vt

homo significat hominē in coī et supponit pro hoīe i cōmuni. et appellat hominē in cōmuni Alia aūt appellatio est termini cois pro suis inferiorib⁹: vt quādo terminꝰ cōmunis psonalē habet suppositionē: vt cū dicitur homo currit. iſte hō nō idem significat supponit et appellat sed significat hoīem in cōmuni. et supponit p particularib⁹ hoīb⁹ et appellat pticulares homines tātū existētes. Et hec de appellationib⁹ dicta sufficiant.

¶ Postq̄ auctor diffinuit et divisit appellationē in eā que fit per terminū cōem et eā que fit p terminū singularē. hic pīr subdūdit appellationē termini cōis. nā alia ē termini cōis. p re exīte in coī vt cū terminꝰ cois simplicem habet suppositionē: vt hō est spēs. aīal est genus hō cū appellat naturam inesse simplici abstracto a suppositis sine a singularib⁹. Alia est appellatio termini cōis. p sins inferioribus: vt hō appellat sortē et platonē si existāt i rer natura.

Primo sciēdū ē q̄ dupliciter pōt intelligi q̄ terminus cōis appellet Uno modo. prut capit̄. p re vniuersali significata p ipm. et sic sup ipm fūdatur vn⁹ modus appellationis que quidā appellatio est ipsi⁹ nature cōis. que licet sm se non existat: tū existit in singularib⁹: et sic sup ipm fūdat̄ appellatio termini cōis simplicē suppositionē habētis. Alio mōt pōt ꝓsiderari terminꝰ cōis videlicet. put ē in suis suppositis. et sic sup ipm fūdat̄ appellatio que est terminꝰ cōis habētis psonalē suppositionē. Et licet talis terminꝰ cōis non significet illa suppositā vt suppositā sūt et singularia: tū possūt ꝓsiderari vt cōuenūt in natura specifica: et sic terminꝰ cōis pōt appellare. p ipis.

Secundo sciendū ē q̄ terminꝰ cōis habēs suppositionem simplicē idē significat supponit et appellat. significat cū naturā cōmunē. supponit etiā. p eadem et appellat pro ipa natura cōmuni. Sed terminus cōmunis non supponēs simpliciter non idē significat supponit et appellat. Nā talis terminus significat naturā cōmunē et suponit p suppositis tā existētibus q̄ non existētib⁹. sed solū appellat sua particularia in actu existētia: sicut homo significat naturā humanā et supponit pro hoīb⁹ tā existētibus q̄ nō existētibus sed solū appellat hoīes pītes et exītes in actu.

Tertio sciēdū est q̄ terminoꝝ appellatiuoꝝ sine appellationē habētiū. quidā sunt substātiū quidā adiectiū. Substātiū sunt illi qui significāt rem existentē in ꝑdicamento per modū per se stantis tam in cōcretione ad suppositā q̄ in abstractione: sicut iste terminus homo qui dicitur esse terminus concretus concretione nature ad suppositā q: cōcreunt ipa: et iste terminꝰ humanitas dicitur abstractus a quacūq̄ cōcretione. Terminꝰ autē adiectiū sunt illi qui significāt rem in predicamento existentē per modū adiacētis. et istorum terminoꝝ tā substātiuoꝝ q̄ adiectiuoꝝ quidā sunt substātiales qui significāt rem de predicamento substātie: vt hō et humanitas. Alij sūt accidētales qui significāt rē de ꝑdicamēto accidentiū: vt albū et albedo: et sic de alīs de q̄b⁹ facta est mētio. Unde tā in terminis substātialibus q̄ accidētalibus eodē mō sumitur appellatio capiēdo appellationē ꝓprie.

Quarto sciendū est q̄ tā terminus accidētalis q̄ res de ꝑdicamento accidētiū potest dupliciter cōsiderari. Uno modo vt habet habitudinē ad substātiā: vt albus alba albū. albū enī significat albedinē sm q̄ adiacet substātie. Alio modo possūt ille res cōsiderari sine habitudine ad substantiā. et hoc dupliciter sm q̄ dupliciter possūt abstrahi. qr ipārū vna abstractio est a subiecto. Alia est abstractio a suppositis. et sm primā abstractionē natura albedinis significatur per illū terminū albedinitas. et natura nigredinis p illū terminū nigredinitas. vnde in oībus istis terminis nihil differt q̄tū ad appellationē. Ex quo sequit̄ q̄ aliqui antiq̄ male dixerūt eo q̄ putabant appellationē nō posse attribui nisi termino adiectiuo. Et mouebātur. ꝓpter illā rōem. quia appellatio vt ipi dicebāt est in termino rōne significati formalis rei appellate qui nō pōt appellari nisi p terminū adiectiuū vt dicebāt et nō p substantiuū qđ importat significatū suū absolute et nō cū dependētia vel habitudine ad aliud: sicut iste terminꝰ hō qui significat naturā hūanā absolute. verū tamē illud nō ē verū. qr terminī substātiui possūt esse ꝓpter concretionē nature

vt dictū est sine cōcretione suppositoꝝ licet nō significent per modū adiacentis.

Sed contra ꝑdicta arguitur. Primo sic. Terminꝰ cōis habēs simplicē suppositionē respectu terminī lecūde intentionis significat naturā cōem existētem in aīa. ergo nō appellat. ꝓba tenet. qr tunc antixps appellaret quod falsum est. ¶ Secundo sic. Appellatio est acceptio termini cōis ꝓ re existēte. sed natura cōmunis significata per terminū cōem nō existit. ergo terminus cōmunis nō appellat. ¶ Tertio sic. Omne qđ est singulare est. sed appellatio est termini existentis ergo nō potest esse terminꝰ cōis simplicem suppositionē habentis. ¶ Quarto sic. Appellatio inſectur significationē termini cōis. sed terminꝰ cōis nō significat sua suppositā. ḡ nō appellat pro suis suppositis ¶ Quinto sic. Appellatio. significatio. suppositio sunt diuerse. ꝓprietates. ergo nō pīr eidē ꝓuenire. ḡ male dictū ē q̄ terminꝰ cōis idē significat suppōit et appellat

Ad argumenta in oppositum. Ad primū dr q̄ duplex est appellatio: scilicet. ꝓpria et impropria. Unde talis terminus appellat accipiendo appellationē large et quodāmodo impropie prout est terminus significās tam rem extra aiam q̄ rem in anima. ¶ Ad secm dicit̄ q̄ licet terminus cōmunis non significet rem existētem sm sertamen significat rem existentē in singularibus et hoc sufficit ¶ Ad tertiū dicit̄ q̄ licet omne id quod primo et per se existit sit singulare. tamē illud quod existit ad alterius exigentiā non est singulare: sicut vniuersalia que significantur per terminos ꝓmunes. et sic terminī cōmunes significāt rem existentē videlicet in singularibus et per singularia. ¶ Ad quartū dr q̄ licet terminꝰ cōmunis primo et per se nō significet sua suppositā: tamē ex consequēti et materialiter bene significat ipā mediātibus includit natura per terminū cōmunē significatam ¶ Ad quintū dicit̄ q̄ licet iste ꝓprietates cōuenant eidē materialiter sūpto: nō tamē conuenūt eidem formaliter sūpto et hoc sufficit. Et hec de appellatione dicta sufficiāt.

Sequitur tractatus decimus de restrictione.

Restrictio ē coartatio termini cōmunis a maiore suppositione ad minorē: vt dictū est prius. Restrictionū autē alia fit p nomen: vt homo albꝰ iste terminꝰ hō non supponit p nigris neq̄ p medio colore coloratis: sed restringitur ad albos. Alia fit per verbum: vt homo currit. iste terminꝰ homo supponit pro presētibus tantū. Alia fit per participiū: vt cū dicē. homo currens disputat. ille terminus hō supponit pro presentibus. Alia fit per implicationem: vt cum dicitur. hō qui est albus currit. hec implicatio qui est albus restringit hominem ad albos. Item restrictionum factarū per nomen. alia fit p inferius sūptum appositū: vt aīal hō currit. ille terminus animal tm supponit p aīalib⁹ que sunt homines. Alia fit per differentiā aduenientē generi que est essentialis q̄ sit constitutiua rei: vt cum dicitur. animal rationale. hic animal supponit pro rationalibus aīalib⁹ Alia fit per adiectiuum accidētis: vt cum dicitur. homo albꝰ. iste terminus homo supponit tantum pro albis hominibus. De restrictione facta p nomen communiter sumptum: tales dantur regule.

¶ Iste ē tractat⁹ vndecim⁹ mgri petri hyspani in quo intēdit determiare de vna ꝓprietate termi mcōplexi q̄ dr restrictio q̄us prius determinandū ēsset de restrictiōe eo ꝙ restrictio ⁊ ꝯpliatio ꝯponūtur ⁊ fiūt circa ꝑsonalē suppositionē nisi ostendisset rō que ꝑus dicta ē i ꝓncipio appellationū. s. ꝙ appellatio est magis intrinseca termīo ꝙ restrictio. ⁊ qz hic ꝓncipaliꝫ vult determiare de restrictiōe: tō resumit diffinitiones restrictōis ꝑus positā in ꝓncipio ꝯpliationum

Primo sciendū est ꝙ restrictio est coartatio termini cōis a maiore suppositione ad minorē hoc ē decremētū sive minoratio ābitus alicuꝰ termini cōis ꝑm ꝙ ꝑ pauciores suppositas tenet q̄ exigat sua actualis suppō: sicut dicēdo hō albꝰ currit. ille terminus hō de sua actuali suppōne pōt supponere ꝑ oēs hoīes quocūq; colore coloratis. tñ ꝑ naturā illi⁹ adiectiui albus variat suppō eius ⁊ tenetur solū ꝑ hoībus albis. Et capit in ista diffinitione coartatio metaphorice ad coartatōez realem sicut sufficienter explicatum ē in ꝓncipio

Secundo sciēdū ē ꝙ auctor ꝓmīt diuidit restrictionē dicēs ꝙ restrictionū alia fit per nomē. alia ꝑ verbū. alia ꝑ participiū. ⁊ alia per implicatōem alicuꝰ orationis. Et ꝓmīt subdiuidit restrictionē factā ꝑ nomē dicēs. ꝙ alia fit ꝑ infra⁹ appositū supiori. alia fit ꝑ diam adnexionē generi. alia ꝑ adiectiuū accidētis. ⁊ oīm istoꝝ exēpla satis patēt in textu. Vñ restrictio fit multis mōis. Uno mō fit ꝑ aliq̄d adiuncti⁹ termīo restricto sic dicēdo hō albꝰ currit. Alio mō fit nullo adiuncte termīo cōi. vt cū dr. rex venit restringit ad supponendū ꝑ rege patrie. ⁊ ꝑm hoc pōt dici ꝙ duplex ē restrictō. Una ē naturalis q̄ fit ꝑ aliq̄d adiuncti⁹ termīno cōi. ⁊ dr naturalis: qz ille terminꝰ cōis capit ꝑm naturā ⁊ exigentiā termini adiuncti. Alia ē vsualis restrictio: ⁊ est illa que in termino per vsuz ⁊ modum loquendi inuenit. ⁊ ideo dicitur vsualis restrictio quia non conuenit ei ꝑm naturam alicuius adiuncti.

Tertio sciendū est ꝙ restrictio naturalis pōt fieri multis modis vt dictū est. vno mō per dictionē. alio mō per orationē ꝑ orationē fit q̄n alicui termīo cōi implicat aliquid nō importās diminutionē nec ampliationem. vt cuz dr homo qui est albus currit. ibi restringitur hō ad supponendū pro illis quibꝰ cōuenit illa implicatio qui est albus. Et notanter dr nō importās diminutionē nec ampliatōem qz est aliqua oratio implicatiua q̄ importat diminutionē vt ista. qui est mortuꝰ. ⁊ alia est implicatiua q̄ importat ampliationē: vt ista. q̄ potest esse. ille enī implicationes nō restringūt. Et sic ptz ꝙ restrictio habet fieri q̄n terminꝰ adiuncti⁹ cui additur: sed q̄n facit ipm teneri ꝑ paucioribꝰ suppositis q̄ ꝑus tenebat ⁊ cū oratio implicatiua est diminuēs destruitur illō cui adiungitur. ⁊ oratio ampliatiua facit terminū teneri ꝑ plurib⁹ q̄ exigat sua actualis suppositio: tō non restringit. Sed restrictio q̄ fit ꝑ dictionē pōt fieri dupliꝫ. Uno mō rōne significatōis. Alio mō rōne cōsignificatōis. Rōne significatōis pōt fieri q̄n aliquid additū termino cōi restringit ipz quo ad ꝓncipalē significationē. Et rōe consignificationis fit q̄n restringit aliq̄d solū quo ad cōsignificationē. sicut dicēdo hō est albꝰ. hō restringit solū rōne cōsignificationis. s. rōne generis. quia tm̄ ponitur pro maribus.

Quarto sciendū est ꝙ cuz dr ꝙ restrictionū quedā fit ꝑ nomen alia fit ꝑ verbū ⁊c. ibi est diuisio generis in spēs eo ꝙ restrictio dr equaliꝫ de oibus illis membris. Et istoꝝ modoꝝ sufficiētia sic pōt haberi. naz oīs restrictio fit ꝑ dictionē incomplexā vel cōplexam. si primū hoc est dupliciter. vel talis dictio significat substantiā vel actum. si substantiam sic est primū membrū: si actuz hoc est dupliciter. vel actum distantē a substantia ⁊ sic est secundū membrū. vel indistantē: ⁊ sic est tertium membrū. Si fiat ꝑ vocem complexā: sic est illa que fit ꝑ implicationē. Unde in ꝓposito iplicatio vocat aliquod cōplexum ex nōie ⁊ verbo implicite includens suppositionē termini communis. vt cum dicitur homo qui est albus currit. ista implicatio qui est albus includit implicite suppositionem huius termini homo. Unde etiam diuisio sequens talis est sicut diuisio precedens. ⁊ sic potest faciliter sumi sufficiētia mēbroꝝ ei⁹. Et sic patet quid sit restrictio. ⁊ quomodo habeat fieri ⁊ quomodo diuiditur.

Sed contra predicta arguit. Primo sic. Restrictio non est possibilis. ergo de ipa non est determinandum antecedens patet: quia vbicunq; ponitur dictō semper supponit ⁊ capitur pro suo significato. sed significatum dictionis non potest restringi ergo videtur ꝙ ipsa non sit possibilis. ¶ Secūdo arguitur sic contra diffinitionem: quia terminus singularis aliquādo stat pro pluribus ⁊ aliquando pro paucioribus. ergo videtur ꝙ restringitur. ergo male ponitur in diffinitiōe termini cōmunis. ¶ Tertio arguitur sic. circa appellationem fit coartatio a maiori suppositiōe ad minorem. ⁊ tamen non est restrictio. ergo. ¶ Quarto sic. Restrictio nō fit ꝑ nomen: ergo cōtra vnū mēbrū diuisionis: añs patet. qz si fieret ut ista. hō albus currit: fieret. sed hoc nō qz albus in plus se habet q̄ homo. ergo nō pōt restringere hoīem. ¶ Quinto sic. Implicatio est magis cōis q̄ illud cui adiungit. ergo non pōt restringere. añs ptz. qz illa implicatio q̄ est albꝰ pōt addi homini bom ⁊ leoni: ⁊ sic de aliis

Ad argumenta in oppositum Ad primū istoꝝ argumentoꝝ dr ꝙ licet dictio non possit restringi quātū ad significatū formale tñ quantū ad significatū materiale bene restringit. vnde vbicūq; ponit hō significat humanitatē q̄ est significatū formale eius: sed nō capit pro oībus suis suppositis q̄ sunt significatū materiale ei⁹. ideo pōt restringi ¶ Ad secūm istoꝝ dicitur ꝙ licet terminꝰ singularis ꝫquoce tenꝰ possit teneri ꝑ pluribus tñ vnīuoce tenꝰ non pōt stare nisi ꝑ vno solo: ⁊ sic nō pōt restringi ¶ Ad tertium argumētuz dr ꝙ ly appellatio aliq̄n appellet ꝑ paucioribꝰ hoc tñ est ꝑ accidens: qz semp per se facit terminū cōem teneri. ꝑ existentibus tantū ¶ Ad quartū dr ꝙ ly albus in cōparatione ad alia ab hoīe in plus se habeat q̄ hō: tñ in cōparatione ad hoīem nō in plus se habet ¶ Ad quintum dr ꝙ ly implicatio ꝑm se in plus se habeat q̄ terminꝰ cui adiungit: tñ ꝑm ꝙ adiungit tali vel tali termino ꝑ relationem in eo inclusaz in minus se habet q̄ talis terminus cōmunis.

**Omne nomē non diminuens nec habēs vim ampliādi adiūctum ex eadē ꝑte termino magis cōi restringit ipm ad supponendū ꝑ his ad que exigit sua significatio vt ptz in exēplis ꝑdictis. vt hō per suā significatōez restringit aial ad aialia q̄ sunt hoīes vt cuz dr aial hō. ⁊ albꝰ restringit hoīem ꝑ suā significationē ad hoīes albos. vt cū dr homo albus. Dico añt non diminuens ad remouendū noīa diminuētia rōnem adiuncti vt mortuus vel corruptꝰ ⁊ silia q̄ nō restringunt sed potiꝰ destruunt adiunctū. Dico añt nō hīs vim ampliādi ad remouendaz dictiones ābliatiuas. vt potens pōt possibile q̄ non restringūt: sed potius ābliant. Et sciendū ꝙ mmꝰ cōe semp restringit magis cōe. vt cū dicitur: hō albꝰ currit. qz homo reperitur in albis hominibus ⁊ nigris ⁊ medio colore coloratis: albus añt nō. Undē quo ad hoc homo est magis cō mune ⁊ albus minus cōe et sic albus restringit hoīem. sz secūdum ꝙ albꝰ repit in hoībus lignis lapidibus ⁊ brutis. hō autez non. ⁊ sic albus ē magis cōe et hō minus cōe ⁊ sic hō coartat albū ad albedinē existentē in hoībus cuz dr. hō albus currit. ⁊ sic vtrunq; coartat alterū scōz diuersa. Item de termino restricto talis datur regla. Si signū vniuersale aducnat termino restricto non distribuit ipm nisi ꝓ his ad que restringit. Cū enim dico. omnis homo albus currit. ibi homo restringitur ad albos ⁊ non potest distribui nisi ꝓ albis. Item de restrictione datur regula talis. nihil po-

situm a pte predicati potest re-
stringere terminuz cõem posi-
tũ a pte subiecti quo ad princi-
palẽ eius significationez. vt hõ
ẽ albus. iste terminus albus in
predicato positus nõ põt restrige
re hoiem in subiecto positũ ad
albos. qz si restrigeret ad albos
ergo p regulã precedentẽ sequ-
tur si signũ vle aduenerit termio re
stricto solũ distribuit ipm pro
his ad q restringit: vt in ppos
to hõ distribueret solũ p albis
hoibus. z sic istꝰ ppositiõis. oĩs
hõ ẽ albus. sensus cẽt. omnis hõ
albus ẽ albus. ergo si vna erit
vera reliqua erit vera z si vna
erit falsa reliqua erit falsa. qđ
tamẽ est falsum. ergo cuz dicit
oĩs homo ẽ albus. iste terminꝰ
hõ non restringitur: z sic ptz il-
la regula. Dico aũt quo ad pri
cipalẽ eius significationẽ. qua
predicatũ restringit subiectũ quo
ad significationẽ que ẽ genus.
vt cuz dicitur Cignus ẽ albus.
iste terminus cignus restrigit
ad mares z non ad mulieres. z
sic albus restringit ipsum quo
ad consignificationez que ẽ ge-
nus. z non quo ad suam signi-
ficationẽ. Item de restrictione
facta p implicationem talis da
tur regula. Dis implicatio im
mediate cõiuncta termino cõi
restringit ipm sicut suũ adiecti
uũ: vt cũ dicitur. homo qui ẽ al
bus currit. iste terminus hõ re-
stringitur ad albos p hanc im-
plicationẽ. s. qui ẽ albus. Itez de
cadẽ restrictione talis datur re
gula. Quotiẽscunqz signũ vni
uersale z implicatio ponũtur
in eadẽ locutione duplex ẽ ora-
tio ex eo q hoc signũ põt prece
dere implicationẽ. z sic distribu
it terminuz cõem pro quolibet
suo suppposito. vt cũ dicitur. oĩs
hõ currit qui ẽ albus. Item im
plicatio põt prꝰ aduenire et re
stringere terminũ cõem. z tunc
signũ postea aduenies nõ distri
buit ipm nisi pro his ad que re
stringitur: vt oĩs homo qui est
albus currit. z tũc equalet huic
omnis homo albus currit.

¶ Postq̃ auctor subdiuidit restrictionẽ. hic cõ
sequẽter ponit quasdã regulas de restrictiõe fa
cta p nomẽ. z põit determiabit de quibusdã re
gulis restrictõis facte p verbũ: z q nomen pce
dit verbũ. iõ patet ordo. Et pmo ponit vnã re
gulã de restrictione facta p nomen sine ãpliatio
ne dicens. q omne nomen non diminuens nec
habens vim ampliãdi aduenies ex cadẽ parte
termino cõmuni restringit ipm ad supponẽdũ
pro his que exigit sua significatio. scilicet, signi
ficatio illius nominis restringẽtis vt dicendo.
animal homo currit. ibi homo restringit aĩal p
suam significationẽ ad supponẽdum pro aĩali
bus habentibus humanã formã. Et consequẽ
ter exponit auctor suam regulã z dicit q notã
ter dicitur non diminuens. ꝓpter nomina dimi

nuentia rationẽ illius termini cui adiungũtur
vt mortuus z corruptus. talia non restringũt
sed magis destruunt. scilicet formam significa
tam per terminum cui adiungũtur. Et dicebã-
tur notanter nõ habens vim ampliandi: propẽ
illa possibile. potens. z similia que non restrin-
gunt sed potius ampliant. Et similiter debet
intelligi de dictione distrahẽte sicut de diminu
ente. Vnde dicta diminuẽs z distrahens diffe
runt. nã illa dicitur diminuẽs que destruit ratio
nem illius cui adũgitur vt mortuus. z illa dici
tur distrahẽs que trahit terminũ cui adiungit
ad extraneam significationẽ vt pictum

Primo sciendũ est q generaliter quod
libet minus cõmune restringit
magis cõmune. verũtamen idez terminus dici
tur magis cõmunis z minus diuersis respectiu
bus z sic idem terminus põt esse restringens et
restrictus. verbi gratia. homo albus currit. ho
mo reperitur in hoibus albis z nigris z medio
colore coloratis. z albus nõ. z sic sm illuz respe
ctũ homo est terminus magis communis z al
bus minus cõmunis. z ideo albus restringit ho
minẽ sm autez q albus reperitur in hominibus
lapidib? z aĩalibus bruris z hõ non: ito mõ al-
bus est terminꝰ magis cõis z homo minus cõis
z ideo homo coartat z restringit album ad al-
bedinem z existentem in hominibus.

Secundo sciendũ est q pro termino
restricto auctor ponit vnaz
regulã in textu q̃ talis est. Si signum distributi
uum aduenat termino restricto non distribuit
ipm plenarie. p omnibus suis suppositis. sz so
lum distribuit ipm. p his ad que restrigitur sm
exigentiã termini restringentis. vt cũ dicit. om
nis homo albus currit. hõ cũ nõ distribuit ni
si pro hoibus albis. z hoc est ratione illius ter
mini restringẽtis albus. Vnde si signum vni
uersale adderetur termino cõmuni per se sump
to z non restricto distribueret ipm vniuersaliter
pro omnibus suis suppositis. sed cum sibi addi
tur determinatio nõ diminuens nec distrahẽs
distributur sm exigentiã illius determinatõis
z sic patet q signum vniuersale in ista propositi
one. omnis homo albus currit. z sibi simili?
nõ agit in terminũ cõmunem sm se: sed sm q
restrictio est p hanc determinationem albus

Tertio sciendũ est q consequenter auc-
tor ponit vnam aliam regulã de
restrictione facta per nomẽ que talis est. Nihil
positum a parte predicati potest restringere ter-
minum cõmunez positum a parte subiecti quo
ad principalem significationẽ. z ista regula vi-
detur dari de termino restringente: vt cum di-
citur homo est albus. albus enim non restrigit
hominem ad albos. Cuius ratio est quia tunc
signum vniuersale iunctum homini non distri
bueret ipsum nisi pro albis. vt patet per regu-
lam immediate dictã. z hec propositio esset ve-
ra. omnis homo est albus: posito casu q aliqui
essent nigri quod patet: quia valeret tm sicut
ista. omnis homo albus est albus. sed illud ma
nifeste est falsum casu posito. igitur illud est fal-
sum. ex quo sequitur videlicet q̃ ille terminus
albus in predicato positus restringat istum ter
minum homo positum a parte subiecti cẽtrum
ad principalem significationem. veruntamen
talis terminus positus a parte predicati habet
restringere terminum positum a parte subiecti
quantum ad significationem minus principa-
lem siue quantum ad ꝓsignificationez. vt cum
dicitur. cignus est albus. albus restringit cignũ
ad supponendum pro maribus tantum et non
pro femellis. z sic restringit ipsum quantum ad
significationem minus principalem que est ge
nus.

Quarto sciendum est q auctor ponit
vnã aliã regulã de restrictione
per implicationez dicens q omnis implicatio
immediate adiuncta termino cõmuni restrin-
git ipsum sicut suum adiunctũ. vt cum dicitur.
homo qui est albus currit. ille terminus homo
restringitur ad albos per illam implicationem
qui est talis. Vnde notanter dicitur immedia-
te adiuncta. quia si talis implicatio immediate
non adderetur non plus restringeret q̃ adiunc
tum positum a parte predicati. vt si diceret. ho
mo currit qui est albus. Vnde quantum ad rez
ste equipollent. homo albus currit. z homo q̃
est albus currit. Et ex ista regula infert auctor
in textu aliam regulaz de restrictione facta per
implicationẽ dicens q quotiẽscunqz signum
vniuersale z implicatio ponuntur in eadem lo
cutione: locutio est duplex. eo q signũ vniuersa
le potest precedere implicationẽ non immedia
te posita in termino cõi z tunc distribuit termi
nũ cõmunem pro omnibus suis suppositis. vt
cũ dicitur. oĩs homo currit qui est albus. ibi il
le terminus hõ distribuit p oĩbus suis supposi
tis. vel illud signũ vle põt precedere implicati
onem immediate posita in termino cõmuni ex
eadem parte. z sic tale signũ non distribuit nisi
p illis ad que restringit per illã implicatõem
vt dicendo. omis hõ qui est albus currit. Et ra
tio hui? diuersitatis est q in pma ꝓpositione si
gnũ vniuersale attingit terminũ cõmunem an

teꝯ determinek ꝑ implicationē. sed in scōa determinak ꝑ implicationē anteꝯ distribuatur ꝑ signū. ꝛ ideo non distribuit terminū cōem vniuersaliter ꝑ oībus suis suppositis. sed tm̄ ꝑ illis ꝑ quibus exigit sua implicatio.

Sed contra predicta arguk. Primo sic. Nullum posterius agit in prū sed ecōuerso. sed omne restringēs posteriꝰ est restricto. ergo nullū restringēs agit in dictionē restrictā. ¶ Secūdo sic. Cū dicitur. potēs portare lapidē currit. ē restrictio: et tm̄ ibi ē dictio ampliatiua: nō habēs vim restringēdi sed ampliādi. ergo cōtra ꝑmā regulam. ¶ Tertio sic. Signū vniuersale nō amittit suā vim ꝑ aliꝙd qō est posterius. ergo videk ꝙ cū habeat virtutē ad distribuēdū terminum cōem ꝑ oībus suis suppositis non perdat vim suā ꝑ dictionē restringentē terminū cōem cum sit posterior ipō. ergo videk ꝙ distribuat terminū restrictū ꝑ oībus suis suppositis qō est contra scōam regulā. ¶ Quarto sic. Talia sūt subiecta qualia ꝓmittūtur ab eoꝝ predicatis. ergo videk ꝙ sicut p̄dicata variant sua subiecta sic possunt ea restringere. ¶ Quinto sic. Quando signū vniuersale addit̄ termino restricto tunc prius cadit supra terminū restrictū ꝙ supra dictionē restringentē. ergo videtur ꝙ ipm̄ distribuat ꝑ oībus suis suppositis.

Ad argumenta in oppositum. Ad ꝓmū istoꝝ dicit ꝙ posteriꝰ nō agit in prūꝯtū ad eꝰ substātiā. sed bene agit quo ad accidētalia eiꝰ. modo accidētale est terminū cōem teneri ꝑ pluribus vel paucioribꝰ suppositis eiꝰ. ¶ Ad scōm dicit ꝙ licet sit ibi dictio ampliatiua ꝛ restrictiua. tm̄ illa restrictio nō fit ratione dictionis ampliatiue ibi posite: sed rōne dictionis restringentis ¶ Ad tertū dicit ꝙ licet signū vniuersale non amittat ꝑ se suā vim. tamē ꝑ accidēs pōt eam ꝑdere rōne determiatōis illiꝰ cui adiūgit signū vniuersale qō suscipit eiꝰ virtutē. qua quando in aliqua dictione ponit terminꝰ cōis cū determinatione nō diminuēte: tūc signū aduenies non distribuit illud subiectū ꝓm se ꝛ absolute: sed ꝓm ꝙ determinak ꝑ illā determinationem. qua etiā ille terminꝰ cōis nō subiȝiebatur absolute: sed prout stat sub tali determinatione. ¶ Ad quartū istoꝝ dr ꝙ hec regula habet veritatē quo ad suppositionē: nō tamē quo ad restrictionē. Vel potest dici ꝙ licet subiecta variant quo ad ꝯsignificationē: nō tm̄ quo ad p̄ncipalē significationē. ¶ Ad quintū dicit ꝙ licet ꝓm vocē signū ꝛ terminꝰ restrictꝰ ꝓponāt dictionī restringēte: tm̄ ꝓm intellectū dictio restrigēs imediate ꝓponit ipi termino. qꝛ sicut dictū ē signū vniuersale distribuit terminū cōem ad ea ad que restringit ꝑ dictionē restringētē.

Equitur de restrictione facta per verbuz: de qua plures dāt regule. Quarū prima talis est. Terminꝰ cōis supponēs vel apponēs verbo ꝑsentis tēporis simpliciter sumpto nō habēti vim āpliādi neꝛ ex se neꝛ ex alio restrigit̄ ad supponendū ꝑ his qui sūt sub forma termini cōis supponētis. Dico aūt terminꝰ cōis: quia terminꝰ discretꝰ neꝛ restrigit̄ neꝛ ampliatur. dico autē verbū ꝑsētis tēporis: ad remouendum alia verba aliorū tēporū. quia terminus cōis aliā habet suppositionē cū eis. dico autē simpliciter sūpto: ad remouendum verba sūpta cū particulis diminuentibus. vt est opinabile et inopinabile. dico autē non habēte vim ampliādi: ad remouendum verba āpliatiua. vt potest. dico autē neꝛ ex se neꝛ ex alio ad remouendū verba habentia vim ampliandi ex alio vtputa ex coniuncto. sicut hoc verbū est cum dicitur. est potens. dico autem sub forma termini supponentis. quia homo supponit ꝓ his ꝙ sunt sub humanitate ꝛ aīal que sunt sub aīalitate: vt cū dicit̄ homo est aīal. Item alia dat̄ regula. Terminus cōis supponens vel apponēs verbo de preterito simpliciter sumpto nō habente vim ampliandi. nec ex se nec ex alio restringitur ad supponendum ꝑ his ꝙ sunt vel fuerunt sub forma termini supponētis: vt cuꝝ dr homo fuit aīal. iste terminꝰ hō supponit ꝑ his ꝙ sunt vl̄ fuerunt hoīes. ꝛ aīal ꝓ his ꝙ sunt vel fuerūt aīalia. Itez alia datur regula. Terminꝰ cōis supponēs vel apponēs verbo de futuro: etiā supponit ꝑ his ꝙ sunt vel erunt sub forma termī supponentis scilicet ꝓ eis ꝙ sunt vel erunt in futuro: vt hō erit animal. Ex predictis patet ꝙ verbū restringitur quo ad significationē que est tp̄s nō quo ad significationē principalem ¶ Postꝙ auctor determiauit de restrictione facta ꝑ nomē ꝛ per implicationē que eq̄pollet nomini. hic cōsequēter determinat de restrictione facta per verbū ꝛ ponit tres regulas de tali restrictione ꝓm ꝙ verbum pōt esse ꝑsentis temporis vel preteriti vel futuri. Vnō prima regula talis est. Terminus cōis supponēs vel apponens verbo ꝑsentis tēporis simpliciter sumpto nō habenti vim āpliandi a se vel ab alio restringitur ad supponēdum ꝑ his qui sunt sub forma termini supponētis. Et notāter dicitur terminus cōis: qꝛ terminus discretus nō restrigitur nec ampliatur vt dictū est prius. ¶ Notanter etiam dr ꝑsentis temporis ad remouēduz alia verba aliorum tempoꝝ de quibus postea dicetur. Notanter etiā dr simpliciter sumpto: ad remouendū verba diminutionem importantia sicut opinor: ymaginor. Et notāter dicitur nō habenti vim ampliādi: ad remouendum verba ampliatiua. Et notanter dr ex se. ad remouēduz hoc verbū pōt. Et notanter dr a se vel ab alio. ad remouendum verba que de se non hnt̄ vim ampliandi sed ex aduncto sicut est potens vel impossibile. quia licet hoc verbum est ex se nō ampliet tamē ampliat per illud aduinctum potens vel possibile. Dicitur aūt notanter sub forma termini cōis supponētis. qꝛ cum dr homo est aīal. ibi bō supponit ꝑ illis ꝙ sunt sub hūanitate ꝛ aīal ꝑ his que sunt sub animalitate.

Primo sciendū est ꝙ actus verbi potest comparari ad suū subiectuz dupliciter. vno mō quātū ad id in quo est ꝛ de quo enunciatur. vt cum dr. sortes currit. hic comparatur cursus ad sortē tanꝯ ad id in quo est ꝛ de quo dicitur. Alio modo pōt comparari ad subiectum tanꝯ ad id de quo enunciat̄. non tamē tanꝯ ad id in quo est: vt cū dicitur cesar laudat̄ laus enī enunciatur de cesare: nō est tamē in cesare sed in laudante. Et similiter cuꝝ dr. chimera ꝛ tamen opinatur. opinio enunciat̄ de chimera ꝛ tamen non est in chimera sed in opināte. Similiter cum dr antichristus pōt esse. hic enunciatur potētia ad esse de antichristo. non tm̄ est in ipso sed in principijs naturalibus ex quibus educet̄ antichristus. vnde illa verba que significāt actuz comparatū ad substantiā vel ad subiectum tanꝯ ad id de quo enunciatur ꝛ non tanꝯ ad id in quo est ampliant. ꝛ de istis non est hic ad propositum. Illa vero que significant actum qui cōparatur ad subiectuz tanꝯ ad id in quo est ꝛ de quo dicitur non ampliant. ꝛ de ipsis nō est hic ad propositum

Secundo sciendus est ꝙ in istis verbis vl̄ate dictis sunt duo scilicet actus verbi ꝛ compositio ipsius verbi. Actus vero ꝯtum est de se est in quolibet tempore. sed per tempus quod est mēsura actus siue motus illius verbi restringitur vt sit in tempore quod est mensura eius. vnde actus ꝑsentis verbi ponitur in presenti tēpore. ꝛ preteriti in preterito. ꝛ futuri in futuro. Et qꝛ tēpus qō est mensura motus ꝛ actus est mēsura compositionis verbi. per actum vero restrictum actu restringitur compositio. ideo restrictio actus restringit compositionē. ꝛ quia compositio actus verbi est accidens quod sine subiecto eē nō

pōt. Et dicitur de subiecto mediante cōpositione que vnit extremū cū extremo in oratione. ī eodē tēpore in quo ponitur actus verbi ꝛ cōpositio illius actus ponitur etiā subiectum illius actus ꝛ sic restringitur subiectū ꝙbi ad idez tps ad qđ restringitur actus verbi. ꝛ etiā cōpositio illius. subiectū aūt illius actꝰ terminꝰ ē cōmunis supponēs verboꝛ: ī patet ꝙ a verbo restringitur ꝙmus hoc sit mediāte restrictione actus verbi ꝛ etiam compositionis.

Tertio sciendū est ꝙ auctor ponit duas alias regulas. scz de verbo preteriti ꝛ futuri. Quarū prima est. terminus cōis supponēs vel apponēs verbo de preterito simpliciter sumpto nō habenti vim ampliandi a se vel ab alio restringit ad supponendū ꝑ his qui sunt vel fuerūt sub forma terminī supponētis. vt cuz dr hō fuit animal: hō supponit ꝑ his qui sunt vel fuerūt hoīes. ꝛ aīal ꝑ his q̄ sunt vel fuerunt aīalia Seđa regula talis ē. terminus cōis supponēs vel apponēs verbo de futuro simplr sumpto non habenti vim ampliandi a se vl ab alio tñ supponit ꝑ his q̄ sunt vel erūt sub forma termi supponētis. vt hō erit aīal. ꝛ iste due regule ꝓportionabiliter pñt expōi sicut precedens. Vñ lz auctor determīet de ꝙbo ꝑteriti pfecti tpis. non tñ aliquā mentionē facit de alijs ꝑteritis. qr alia ꝑterita faciliter plusq̄ perfectus ꝛ impfectum satis possunt intelligi per verbuz preteriti tpis ꝙtus preteritū impfectū videatur magis restringere subiectum sicut presens ratione sue imperfectionis.

Quarto sciendū est ꝙ verbū nō habet restringere nomē rōne sui significati principalis: qr eodē modo ꝛ eadem ratione vnū tps restringeret sicut reliquū cuz diuersa tpa eiusdē verbi idē significēt ꝛ importāt sed habet ipm restringere ratione sue cōsignificationis scilicet ratione tēporis quod connotat cum suo principali significato. sicut verbū presentis temporis restringit tm terminum cōmunem sibi additum pro presentibus. verbum autem preteriti quia includit tempus preteritum ꝛ est aliquid habens de presenti. idcirco restringit terminum cōmunem sibi additum pro presentibus suppositis ꝛ preteritis. verbum autez futuri temporis restringit terminum communem ad suppositā presentia ꝛ futura. eo ꝙ tempus futuruz aliquid de presenti includit ꝛ aliqđ de futuro vt cuz dr in quarto phisicorum presens tempus est finis preteriti ꝛ initium futuri Et quo apparet causa istaruz triū regulaz. Apparet etiā ꝙ terminꝰ cōmunis tam supponens ꝙ apponens verbo dicitur restringi dūmodo addatur verbo eo ꝙ verbum ratione sui tēporis respicit tam vnum ꝙ reliquum. ꝛ sic patet de restrictione facta per verbum.

